Post sacramentuz baptismi sequit aliđ qđ maiꝰ est q̃ntũ ad ministroꝝ dignitatẽ Docenia sũmis pontificib⁹. id est epis vel suffraganeis tm̃modo traditur. sicut ꝛa fol' apostolis ttadebat. vt dicit d cõ secra. di. v. Manus. Priꝰ enĩ vnctio. postea sequit ꝯfirmatio. ibi peccatũ dimittit. hic gratie dona dant. Datur aũt hic illa gratia qua ꝓtra singula vicia: et si nõ semp q̃nq̃ tamen pugnat. Est aũt gr̃a q̃si armatura q̃dã. q̃ in ℞ deserto post transitũ maris baptismi contra vicia pugnamus Sicut enim submersis egyptijs

a tergo sequentiby filios isra el. filios israel olim hostes op pugnauerũt per desertuz. sic submerso diabolo in baptis/ mo. qui primũ nos inseque/ batur. multa nobis per hui⁹ vite desertuz vicia cõstituit. contra que vicia gratia ĩ hoc sacramento est data .qua qua si armatura quadã et muniti one quadã muniamur. Un/ de post baptismi susceptiõez ĩn quo est gratia collata quã tum ad innocentie et noue vi te restitutionẽ. ꝯgrue petit ec clesia sibi dari sacramentuz a deo .per quod in illa gr̃a con firmetur. dicens verba p̃mis/ sa. Confirma hoc deus. scz p sacramentũ cõfirmatõis. qđ operatus es in nobis. scz per gratiã baptismalis renouati onis. Jsta duo sacramẽta ita sunt cõiuncta ꝙ abinuicẽ ni/ si morte preueniẽte nullaten⁹ possunt segregari. et vnum si ne altero rite perfici non po/ test. Jta dicit melchiades pa pa scribens hyspaniarũ epi/ scopis .cuius verba ponunt de conse. dist. v. Debis vero

Diffinitur aũt istud sacra mentũ ꝑm doctorem subtilẽ super. iiij. sententiaꝝ. dist. vij q. i. sic. Confirmatio ẽ vnctõ hominis viatoris aliqualiter consentiẽtis: vel libero arbi/ trio nonnunq̃ vsi. facta ĩ frõ te figura crucis cũ chrismate sanctificato et a mĩstro ido neo simul cum intentõne de/ bita inungente. z verba debi te pferente. signans efficaciã ex institutõe diuina vnctõez anime per gratiaz roborans ad ꝓfitendũ cũ cõstantia fidẽ christi. Et ꝑm beatũ Tho. super q̃rto sententiaꝝ. Con/ firmatio in re est ipsa linitio chrismatis sub forma verbo rũ prescripta

Que sint de substãtia bu ius sacramenti.

Circa qđ sciendũ est ꝑm Pe trũ de tharã. super iiij. di. xvij. z Archid. de ꝯse. di. v. nouissime. Quicq̃ dicũ tur de substantia hui⁹ sacra/ menti. duo ex pte sacramẽti ĩ se. s. materia chrismatis. id ẽ oleum cũ balsamo ab episco po sanctificatũ. vt habetur d conse. dist. iiij. Presbyter. nec p̃t sine tali oleo conferri hoc sacramẽtũ. eo ꝙ ꝑm Tho. su per. iiij. di. vij. q. ij. ar. iij. illa sacramenta que sibi mĩstruz determinant etiaz materiam

sanctificatã req̃rũt ⁊ exigunt Sed sacr̃m qđ nõ determinat sibi ministrũ nisi q̃ntũ ad solẽnitatẽ: nõ habz materiã sctificatã q̃ntũ ad necessitatem. sz q̃ntũ ad solẽnitatẽ vt baptis/mus. Et quia hoc sacramentũ determinat sibi mĩstz: ido etiã req̃rit materiã sctificataz ab eo qui ẽ mĩster hui⁹ sacramenti. s. ab episcopo. Quare autẽ materia est chrisma. oñdit arti. ij. dicẽs. q̃ hoc sacramentũ sumpsit initiũ ab ad/uentu spũssancti in discipl'os qui apparuit in linguis igneis. sed igni nihil cõueniẽtius accipi potest loco ei⁹ p̃ materia in confirmatõne q̃z oleũ. quia lucet et nutrit ignẽ. Figurã autẽ lingue ꝓuenienter accipit balsamus ꝓpter odorem. quia ꝓpter ꝓfessionẽ lingue odor bone noticie dei diffundit in omni loco. Ideo sicut visibilis apparitio spũs/sancti fuit in igne figurata in figura lingue. ita materia cõfirmatõis est in oleo balsamato vt oleum ptineat ad ꝓsciẽtiam quã oꝑtz hr̃e nitidã eos qui cõfessores diuine fidei cõstituunt. Et balsamus ad bonã famã ptinet quam oportz diffundere ⁊ ꝓbis et factis ꝓfessione fidei. Dec sãc. tho. Et licet christus circa istitutionẽ hui⁹ sacramenti nõ fuit vsus tali materia. nec apli post eũ. tamen ideo hodie ec/clesia nõ vtitur incõgrue tali materia. eo q̃ christus nõ alligauit potentiã suã sacramentis. potuit enĩ sine tali matia cõferre p̃ aliũ modũ gr̃az huius sacramenti. Sicz ẽm doctorẽ subtilẽ potuit cũ discipulis dispensare in p̃mitiua eccl'ia. vt p̃ alium modũ ꝓferrent hoc sacramẽtũ. maxime cum tunc erant aliqua signa sensibilia. vtputa descẽsus sãctispiritus desup. ⁊ donũ linguarum. que omnia accipie/bant cõfirmati p̃ apostolos. Unde nõ fuit necessaria eis materia hui⁹ sacramẽti in sig̃ tam occulto. exq̃ i magis visibili ⁊ euidẽtiori illo ꝓferebãt Credit tñ idem doctor q̃ hec matia ab apl'is sit ĩstituta. licet nõ legat̃. Scõm qđ est d̃ suba hui⁹ sacr̃i est forma verboz. q̃ est hec. Lõsigno te signo sancte crucis. ⁊ ꝓfirmo te chrismate salutis. in no. pa. ⁊ f. ⁊ s. s. amẽ. Refert tñ archidyaconus de cõse. disti. v. c. nouissime. et ẽm Hugonem ibidem tenuisse. q̃ nec forma

ꝑdicta nec alia ē necessaria et de substantia huiꝰ sacrī. īmo credit ꝙ sacrm olei et sacrm chrismatꝭ ꝑt ꝓferri sine ꝟbo. dūmō fiat vnctio de oleo vel de balsamo cōsecrato. Idem etiā notat. xcv. dis. ca. puenit Illō tñ ibi dixit sub dnbio. Ego tñ istō dictū miꝰ rcipio nec admitto. eo ꝙ nᶜ iure nec rōe ꝓsistit. ꝛ oībus theologie magistris aduersat. Terciuꝫ qō est de subꝫa huiꝰ sacrī qō req̄rit ex ꝑte mīstri est dignitas pontificalꝭ seu episcopalꝭ ꝛ intentio debita. Intantuꝫ enī requirit ministeriū ponti ficis in collatōne huiꝰ sacramenti: vt si ꝙ aliū simplicē sacerdotē fieret etiā de ꝓmissione nō valeret. licꝫ ꝑm q̄sdā papa pōt simplici sacerdoti cōmittere vt possꝫ hoc sacramētū ꝓferre. Et hoc tenet glo. c. iiij. d ꝓsuetudine Hoc etiā tenet ibi Hosti. Hoc etiā tenꝫ Archid. xcv. di. puēit. Hoc etiā idē approbat sctūs tho. sup. iiij. dis. vij. q. vi. arti. iij. vbi assignat ratōem dicēs. ꝙ papa ꝑ hꝫ ꝙ ē epoꝛ sūmꝰ non ꝺr hꝫ plenitudinez ptātis ꝙ relationē ad corpꝰ dñi verꝫ sꝫ ꝙ relatōꝫ ad corpꝰ mysticū Et qꝛ gra sacrāl descēdit in corpus mysticū a capite. ido oīs opatio in corpꝰ mysticuꝫ sacramētalꝭ ꝙ quā gra dal de pendet ab opatōe sacramēta li sup corpus dñi vex. Et iō solus sacerdos ꝑt absoluere in foro penitētiali. ꝛ baptiza re ex officio. Et iō dicēdū ꝙ ꝓmouere ad illas ꝓfectōes q̄ nō respiciūt corpꝰ dñi verꝫ sꝫ solū corpꝰ mysticū. ꝑt a papa q̄ hꝫ plenitudinē pontificalis ptātis cōmittl sacerdoti q̄ habꝫ actū sūmū sup corpus dñi vex. nō aūt dyacono vel alicui inferiori q̄ nō habꝫ ꝓficere corpus dñi vex: sicut nec absoluere ī foro penitētiali. Nō autē ꝑt simplici sacerdoti ꝓmittere ꝓmouere ad ꝓfectōnem q̄ respicit aliq̄ mō corpus dñi vex. Et ideo ꝭm plex sacerdos ex mādato papē nō ꝑt cōferre ordinē sacerdotū. qꝛ ordīes sacri habent actū sup̄ corpꝰ dñi vex vl̄ supra materiā eiꝰ. Pōt tñ cōcedere sacerdoti ꝙ cōfirmet. qꝛ ꝓfirmatio ꝓficit eū ī actu corpis christi mystici. nō aūt habet aliquā relatōez ad corpus dñi vex. Et hoc dictū approbat ī toto petrꝰ ō thara. sup. iiij. sniaꝝ. dis. iiij. scdo principali q. i. ar ij. Hoc idē approbat

Scotus. Et licz Bonauentura videat p̄missis ꝺicere. tñ assistēdū est maiori pti doctoꝝ p̄dictoꝝ. q̄ cū determiatōne ecclie ꝟ approbātes ꝓsentiūt in toto ꝛ cōcordāt Quartū qꝺ est de suba huiꝰ sacrī ē expte suscipiētis .s. locꝰ suscipiens q̄ est frons. Unctio enī fit ad cōsignificādū id qꝺ cōfert in sacro. Unde in ꝓfirmatōe ꝓfert audacia cōfessionis: cuiꝰ oppositū .s. timoꝛ ꝛ erubescētia principaliꝰ ꝛ euidentius in fronte manifestant. iō fit vnctio frontis. Hec est rō Archiꝺ. de ꝓse. di. v. Nouissime. Alia aūt rō ſm Petrū sup. iiij. diſ. vij. q. iiij. quia etiaꝫ robur in fronte signat. iuxta illꝺ Ezech. iij. Ecce dedi frōtē tuā duriorē frontibꝫ eorū. Uñ in tribꝰ sacrīs fit triplex vnctio sancti chrismatis. sed tñ diuersificant ex fine. qꝛ in baptismo vt dictū ē fit in vertice. ad significādū fidei susceptionē. qꝛ vertex est locꝰ rōnalis. In ꝓfirmatōe in fronte fit vnctio ad significādā audaciam ꝓfessiōis cuiꝰ īpedimētū scz timoꝛ vꝰ verecūdia ī palloꝛe vꝰ ruboꝛe frōtis oñdit ex ꝓpinquitate cellule mēoꝛatiue ꝛ imaginatiue. In ordīe ꝟo ī manibꝫ fit vnctio ad significā dū ptātem ꝓsecrādi corpꝰ dominicū. Hec petrꝰ. Aliā rōez ponit canon diceſ. Spūssanctus in baptismo tribuit plenitudinē ad innocentiā. ī confirmatōe augmentū ad gram pstat. In baptismo regeneramur ad vitā. post baptismuz ꝓfirmamur ad pugnam. In baptismo abluimur. post baptismū roboꝛamur. Regeneratio ꝙ se saluat. ꝓfirmatio armat ꝛ instruit ad agones huius mūdi ꝛ plia. de ꝓse. di. v. spūssanctus. His oibꝫ consonās rabanꝰ de institutōe cle. li. i. c. xxx. dicit. Signatur in baptismo baptisatꝰ cū chrismate in capitis sūmitate. id ē in vertice ꝙ sacerdotē simplicē. ꝙ pontificē ꝟo ī fronte. vt in prioꝛi vnctōe. s. ī sūmitate capitis in baptismo significetur sup ipm spūssctī descēsio ad īhabitatōez ꝺo ꝓsecrādā. in scꝺa qz. s. in ꝓfirmatōne vt eiusdē spūssctī septiformis ḡtia cū oīmi plenitudīe sctītatꝫ scīe ꝟtutꝫ ꝛ ꝟitatis venire in hoīem declaret. Habent ista verba de ꝓse. di. v. nouissime Dat aūt hec gra nō soluz cōmuniter sicut ī alijs sacramētis: sz etiā spēaliť. ꝙ quam ꝺs

deputat ad effectũ sanctificat. ꝛ idoneꝰ efficit ad christũ cõfitendũ. Et hec est maxia vtilitas. Uñ ꝫ debẽt pẽsare homines. ꝛ istõ sacrm̃ũ obmittere. nã obmissio ipiꝰ augmẽtũ gratie subtrahit.

De accidentibꝫ circa sacramentũ confirmatõnis.

Onsequẽter vidẽdũ est de accidentibus huiꝰ sacramenti. q̃ sunt q̃ttuoꝛ. Pꝛio qꝫ istud sacrm̃ẽ ꝓferẽdũ a ieiuno epõ. vt dicit canon de cõsecra. di. v. vt episcopi. Hoc autẽ est ꝓpter venerabilitatẽ huiꝰ sacramẽti. quia venerabiliꝰ est vt a ieiuno cõferatur In necessitate tñ ꝓferꝛ pꝰ pñdium. pꝑtim quãdo est multitudo cõfirmandoꝛ. q̃ ante prandiũ cõmode expediri nõ potest. Uel quãdo aliqui veniunt delonginquo. non volentes expectare in crastinuꝫ Uel quando episcopus non potest expectare in crastinuꝫ. Unde melius est vt tũc confirmentur qꝫ si episcopo recedente sic dimitterent. Secũdo qꝫ istud sacramentũ sit a ieiunis hominibꝫ sumendum ꝓpter reuerentiaꝫ et bonestatem huius sacramenti: vt dicit in ca. vt ieiuni. de cõse. dist. v. Tamen vt dictuꝫ est in necessitate etiã post prandiũ potest suscipi. Tercio qꝫ in susceptõe huiꝰ sacramenti debet alter confirmatus tenere confirmandũ. eo qꝫ ille qui accedit ad illud sacramentuꝫ non habꝫ robur per se standi. nec presumit per se stare nisi adiutus ab alio. Licet aũt de ratione huius sacramenti confirmatus debeat esse qui debet illum tenere. tamẽ si nõ est confirmatus ꝓpter hoc nõ est minutũ hoc sacramentum. licet grauiter peccet. de consecra. dist. v. Nouissime. Quarto requirit qꝫ locus vnctõnis ligetur panno quousqꝫ siccetur. et postmodũ etiaꝫ ꝑm Hugonem debet hõ esse sub quadã disciplina i custodiendo chrisma. scilicꝫ ne caput lauet vsqꝫ ad septem dies. ꝓpter septem dona spiritussancti que tunc recipit. Hoc tamen hodie non bene seruatur. Bonũ tamen esset seruare ꝓpter reuerentiam sacramenti et significationeꝫ predictam. Consuetudo aũt nostra est qꝫ ligatura illa poꝛtetur vsqꝫ ad tercium diem.

z tūc tercia die ꝓburet panni culus: et locus frōtis bene cū sale z aq̄ lauet. z aq̄ in focū vl̄ in fornacē fundatur

Cautele hui⁹ sacramenti.

Rimo ca

p ueat sacerdos ne ali quē ꝑius ꝓfirmatū ꝓfirmet. quia ħ sacramentū ē irretterabile. cū imꝑmet caracterē indelibilē sicut z baptismus. Et etiā qz magnā iniuriam faceret sacramēto q̄ istō reiteraret. cum p hoc ꝑma cō firmatio iudicatur nihil esse. Scō caueat ꝓfirmand⁹ ne bis ꝓcurare scienter se faciat. Nā tal̄ p pnīa debz ingredi monasteriū. z ibi sub habitu regulari deo famulari. vt dicit̄ de ꝓse. di. v. dictū ē nobis Tercio caueat ne vxor teneat in ꝓfirmatōe virū vl̄ maritū suū. vl̄ ecōuerso ppt̄ ꝓtrahendā cognatōem spūalem. q̄ impedit mr̄imoniū ꝓtrahē dū et cōiugalē actū. Nā tales debēt abstinere abinuicē vsq̄ ad mortē ipōrū. et sic separari debēt a thoro: licz ñ absoluant̄ a vinculo mr̄imonij vsq̄ ad mortē. Sil̄r caueat ne q̄s filiū ꝓpriū teneat. quia etiā ꝓhibit̄ ꝓgnatio spūalis int̄ ꝓluges. nō tñ mr̄imoniū dirimens. sed tñ grauit̄ puniunt ꝓiuges. Sil̄r caueat ne soror frēm vl̄ econuerso teneat. q̄ sufficit inter tales vinculū cognatōis carnalis. Si tñ fieret nihil impedit. sed tñ honestius ē abstinere. Nā turpe est audire si frater vocaret sororē in ħ casu ꝓmatrē vl̄ ecōuerso. Alij tñ cognati vt patrueles fratrueles auūculi patrini ⁊c̄. bene possunt tenere ꝓfirmandos nepotes z alios.

Quarto caueat ꝓfirmād⁹ vt nō accedat istud sacramentū nisi cōfessus si est cōsci⁹ alicui⁹ mortal̄ peccati ne ponat obicē gr̄e quā susceptur⁹ est in hoc sacramēto. Quantuz tñ est ex vi sacramēti suscipit ipm sacramentū. nō tñ esse sacramēti. scz gratiā

De sacramēto eu charistie

Ecipite et

a comedite. Mat. xxvi et de ꝓse. di. ij. panis. Quia suscitati a peccatis per baptismū: z ꝓfirmati i gr̄a p ꝓfirmatiōnē. ne laborātes in via pñtis vite ī certamīe spū alī deficiāt. op⁹ enī habēt refici cibo spirituali. alioquin

saluatore testãte. Si dimissi ieiuni fuerint deficiẽt in via. Mat.xv. Ideo post duo sacramẽta sequit terciũ. s. venerabilis eucharista: qđ est cibus animaꝝ nraꝝ. iuxta illđ Joh.vi. Nisi mãducaueritis carnem ꝛc. Ne igit omittat: sed freqnti⁹ sumat a fidelibꝫ. hortat saluator ĩ ꝟbis ꝓpositis dicẽs. Accipite ꝛ ꝓmedite. Et rectus ordo ẽ vt p⁹ baptismũ ꝛ post ꝓfirmatõez sumat ℔ venerabile sacramẽtuz ab adultis. Legim⁹ siqdẽ q̃ submersis egiptijs ĩ mari rubro. transitoq̃ mari p̃dicto: filij israel nouũ pasca in azymo pane fecerũt ĩ deserto. sic nos submersis demonibus in baptismo cũ pctis nostris in deserto hui⁹ mundi pasca nouũ in azymis sinceritatis et veritatis hui⁹ sctissimi panis facere debemus Circa ꝟo hoc sacramẽtũ excellẽtissimũ tria sunt cõsiderãda. Primo quidẽ substãtia ipi⁹. Scđo credẽda ipi⁹. Tercio cautele

De ꝑmo sciendũ ẽ circa ℔ sacramentũ q̃ q̃ttuor sunt de substãtia sui necessaria. Primum est ordo sacerdotalis. Null⁹ enĩ potest ℔ sacramentũ ꝓficere nisi sacerdos. vnde nec laicus nec angel⁹ bonus potest ℔ ꝓficere. Quia nõ habet q̃s ptãtem sup actũ cõsecratiõis hui⁹ sacramenti nisi ordinatus in sacerdotẽ. nõ eĩ meritis sctitatis: sz autorita/te officij et mĩsterij sacerdotalis ℔ sacrm ꝓficit. Juxta illđ Non in meritis ꝓsecrãtis sz in verbis ꝓficit sacerdos. Ex q̃ patet error illoꝝ qui dicũt: q̃ si laic⁹ ꝑferret verba canonis sup panẽ triticeũ ꝓficerz sacrm. qđ omnino est falsuz. Nec debz quem mouere illa hist̃oria q̃ refert đ quibusdã pastoribꝫ laicis. q̃ addiscẽtes verba canonis et ꝓsecratiõis ĩ eccl̃ia a sacerdote tpe ꝓsecratõis plata. ipi etiam veniẽtes ad greges suos sup pane protulerũt eadem verba. ꝛ statiz apparuit puer pulcerrimus. Ibi eĩ ñ fuit caro xpi sic ẽ in ℔ sacrõ a sacerdote ꝓfecto. sz ibi fuit miracl̃ose ex ꝑmissiõe diuina q̃dam figura ꝛ speci/cies carnis diuitus formata. nec ille puer erat ver⁹ christ⁹ de⁹ ꝛ hõ habẽs aiaz sic est in sacrõ isto p sacerdotẽ ꝓfecto. vbi realiter est christ⁹ cũ diuinitate ꝛ hũanitate ꝛ aĩa sua sicut nũc ẽ in celo. Nec etiã illa caro illi⁹ pueri adorãda fu

ſt ſicut chriſt⁹. nec ſumẽda ꝑ corꝑe chriſti ſz ꝑ q̃dam miraculoſo corꝑe et oꝑe diuĩo venerãda ſicut alia miracla diuina. Sic̃ etiã dicim⁹ de ſanguine illo q̃ ꝺr exiuiſſe ꝺ imagine lignea paſſiõis xp̃i. quã cũ q̃dã iudei ĩ cellario ꝓfodiſſent ĩ ꝓtũeliã xp̃i. ſubito emanauit q̃dã humor ſanguine⁹ in maxĩa q̃ntitate. q̃ viſo iudei illi fuerũt ꝓuerſi. Ille enĩ humor nõ fuit ſãguis xp̃i verus ſic̃ ẽ ĩ ꝟ ſacr̃o. n⁹ dign⁹ tali adoratõe ſic̃ q̃ eſt ĩ calice. ſz mõ ſuo venerãdus tãꝯ miraculoſum opuſ dei. Et de tali humore ſanguineo collecto ĩ loco p̃dicti cellarij fuit per diuerſas ꝑtes mũdi diſtributũ Ex q̃ puenerat error fideliuz q̃ putãtes veꝝ chriſti ſãguinẽ eſſe adorabãt eũ adoratõe latrie. ꝛ ſic idolatrabant. imo dato ꝙ fuiſſet verus ſanguis xp̃i ſub cruce xp̃i collect⁹. adhuc min⁹ eſſz adorãd⁹ ꝯ iſte q̃ eſt in calice ꝑ ſacerdotẽ conſecrat⁹. Rõ h⁹ ẽ. qz ille diuiſ⁹ ẽ a diuitate ꝯcito ꝺfluxit ad terrã ꝺ chriſto. nec potuit dici filius dei ampli⁹ niſi chriſto reunitus et reintegratus. Iſte aũt q̃ ẽ ĩ calice ꝓiũct⁹ ẽ diuĩtati. qz de ipõ ſãguĩe verũ eſt dicere. Hic ẽ ver⁹ fili⁹ dei. Cũ ibi ratõe ꝓcomitãtie ſit etiã ẏa caro xp̃i ꝛ aĩa ei⁹ et diuĩtas. Archi. de ꝓſe. diſ. ij. q̃ manducãt. tenet ꝙ nõ fmã ſit aliquis ſanguis ſub cruce dñi. nec etiã ꝺ carne ꝑpucij ſicut rome mõſtrat ꝛ in hildeſheim. ſed erronee. qz tunc haberet duo ꝑpucia. qꝺ tñ eſt falſũ et nõ tenendũ. Dagne itaq; dignitat⁹ ſũt ſacerdotes q̃ ꝫ pñt qꝺ null⁹ citra deũ facere ꝑt. Sz ꝓch dolor dignitatẽ ſuã minime attẽdũt. nullius pene reputãtes eſtimationis. Scꝺm qꝺ ẽ de ſubſtantia hui⁹ ſacramenti ẽ materia debita. ſ. panis tritice⁹. Et ꝫ iꝺo. qz dñs ſe grano tritici ꝓparauit. Joh. xij. Tum etiã qz chriſt⁹ credit ſic cõſe craſſe. Vinũ vitis ẽ materia debita ꝛ neceſſaria. qz chriſt⁹ ſe viti ꝓpauit. Joh. xv. Iſta aũt duo. ſ. panis et vinuz ita ſunt ꝓiũcta in ꝓſecratõne vt nequaꝯ vnũ ſine alio debet ꝓſecrari. aut a celebrãte ſuſcipi. Juxta illud Belaſij. Sacerdos corꝑ⁹ chriſti ſine ei⁹ ſanguĩe nunq̃ ꝺz ſuſcipe. aut enĩ integre ſumat aut ab integrꝫ abſtineat. qz vni⁹ eiuſdez q̃ miſterij diuiſio ſine grãd

sacrilegio nō pōt puenire. de
ꝯse. di. ij. Comperim⁹. Non
putet tñ ꝙs ex hoc ꝙ sacerdos
q̄ntum ē de ratōe sacramenti
nō posset ꝯsecrare hostiā per
se sine calicis cōsecratōne. qz
forma consecratiōis panis et
calicis nō se expectāt. qz alte
ra sine altera totū effectū opa
tur q̄ꝫcito pfertur. Sz tñ di
co ꝙ hoc sacerdos nō ꝑt face
re sine graui peccato. Adden
da ē etiā vino modica aq̄ que
significat coniunctōez popu
li ad christū in hoc sacramē/
to. Et licet sine aqua in solo
vino potest cōfici. nō tamē si
ne graui peccato. Ecōuerso
vero sine vino in sola aq̄ nihil
conficit. z hoc tūc grauius ē
peccatū q̄ꝫ primū ꝓpter ido/
latriā quā ꝯmittit ppls tēpe
celebratōis et elevatōis. q̄rū
omniū ē reus celebrās Ter
ciū quod ē de substātia hui⁹
sacramenti ē debita forma ꝟ
borum que est hec super ho/
stiā. Hoc ē enim corp⁹ meuz.
Et sup sanguinē. Hic ē enim
calix sangninis mei: noui z ęt
ni testamenti. misteriū fidei q̄
ꝑ vobis et ꝑ multis effunde
tur in remissionē peccatorū.

Circa qō sciēdū ē ꝙ licz il
la ꝯiunctio enim posita ī am
babus formis nō sit de sub⁹
stantia forme simplicit neces/
saria. debz tñ apponi ꝓm vsū
ecclesie. qui vsus a beato pe
tro initiū sumpsit. z grauiter
peccant omittētes eā. Qz au
tem premittit accipite z man
ducate ex hoc omnes. ꝑtinet
ad vsum sacramenti. z nō est
de substantia forme. Sed
si querit. quomodo ista locu
tio ē vera cum sacerdos dicit
Hoc ē enim corpus meum.
Hoc eni videtur falsuz si ex
ꝑsona sacerdotis illa verba di
cant. cum sacerdos non inten
dat ꝯficere ibi suū ꝓpriū cor/
pus sed christi Ad hoc rñdetur
breuit ꝙ ista verba sacerdos
nō profert ex ꝑsona sua sz xp̄i
Demonstrat autē illud pro/
nomen hoc verū corp⁹ chri/
sti in ordine ad totam cōposi
tionem huius forme. Hoc ē
enim corpus meū. Non ꝙ ꝑ
lato isto solū pronomine hoc
statim sit corpus christi. sz ꝑ
lata tota forma a christo īsti/
tuta q̄z in vltima platōe isto
rum verborū fit trāssubstan/
tiatio ad quam ordinat ꝑce/
dentia. Et pro isto vlterius
sciendū ē ꝙ ꝑm hoc tm̄ tho. sup
quarto. di. viij. q. v. ar. ij For
ma hui⁹ sacramenti differt a

formis alioꝝ sacramentoꝝ i duob⁹. Primo qꝛ forma alio rũ ipoꝛtat vsum materie. forma autẽ isti⁹ importat ꝯsecra tionẽ tm̃. que ꝯsistit in trans/ substãtiatõe materie. Uñ mi ster vl̃ sacerdos in ꝯficiẽdo ħ sacramẽtũ nõ habꝫ aliũ actũ nisi platõez ꝟbꝝ ex persona christi. Secundo quia alioꝝ sacramentoꝝ forme ex ꝑsona ministri ꝓferũtur. forma aũt istius sacrĩ a ministro in per/ sona ꝓfertur christi. Ad in telligẽdũ aũt qđlibꝫ ꝟbũ po sitũ in hac forma ẽ sciẽduꝫ ꝙ hec forma ẽ sufficientissima. Prĩo q̃ntũ ad opatiuã potẽ tiã. qꝛ cũ factio hẽat suã ꝯple tionẽ. ideo cõuenienter ponit istud ꝓnomen hoc demõstrãs panem qui ẽ transsubstãtiat⁹ in panem christi. ꝛ est idẽ cuꝫ coꝛpoꝛe christi. Scõo ẽ suffi ciens q̃ntũ ad modũ operan/ di. qꝛ hic termin⁹ ad quẽ ẽ si/ ne oĩi immutatõe ex ꝑte sui Jõ bñ ponit ly est designans ꝑmanentiã. ꝛ nõ ponit ꝟbum fiendi. s. erit designãs mutati onem. Tercio ẽ sufficiens ex ꝑte opis. qꝛ hic corp⁹ xp̃i ve rũ designt corp⁹ christi mysti/ cũ. qđ habꝫ diuersas ꝑtes et forte diuersaꝝ rõnũ ꝓpter dif ferentẽ gr̃am g̃tis datã. Jõo meli⁹ đꝛ corp⁹ q̃ caro. Quar to ẽ sufficiẽs ex ꝑte opantis. Uñ qꝛ corp⁹ christi nõ tm̃ si gnat corpus xp̃i veꝝ. sꝫ etiã significat corp⁹ xp̃i mysticũ. ꝛ cũ ħ nõ possit facere ẽm se: sed inq̃ntũ ẽ vnũ vl̃ vnitũ cũ diuĩtate. iõ ꝯgrue ponit ibi ly meũ. Quinto est sufficiens ex ꝑte effect⁹ principĩj. vñ qꝛ iste effect⁹. s. corp⁹ christi ẽ tã te nobilitatis q̃ nõ fit ĩ sacra mento nisi a đo ĩmediate. nec minister habꝫ aliquẽ actũ spe cialẽ ĩ isto sacramẽto sicut in aliꝭs. iõ ꝯueniẽter factũ est ꝙ ista forma nõ ꝓfert in ꝑsona alicuius sꝫ dei absolute. sicut voꝛ hominis ꝑ tubam. ita đi ꝑ hominẽ. Quartũ qđ est de suba hui⁹ sacramẽti ẽ intẽ tio cõsecrãtis. scꝫ vt in spẽali vl̃ in generali hoc facere velit qđ facit ecclesia. vel quod fe cit christus ꝛ statuit faciẽdũ. Licet tamen intentio semp ẽ necessaria de substantia. non tamen attentio. vnde si mens rapitur ad alia ex infirmitate vel negligentia vel incuria: ñ ideo est minus consecratũ q̃ si affuisset attẽtio. Peccat ta/ men ille qui consecrat et non intelligit: et se non recolligit.

quãto attẽtius potest ad cõ/
secrationẽ. Hã debet attẽtus
esse ad ꝫ vt ꝓsideret q̃d facit.
z tũc maxime quãdo plures
hostias ꝓsecrat ꝓ ꝓmũicãti/
bus. vnde debz habere respe
ctũ specialez ad alias hostias
omnes q̃ sunt coz̃ eo. alꝫ cnĩ
si haberet generalẽ intentiõz
ad omnes hostias q̃ sunt ĩ al
tari. staret qñqz q̃ etiam illas
q̃ sunt in pixide residue conse
craret fm quosdã. Mihi aũt
nõ apparet hoc. qz exquo nõ
intendit ꝓsecrare alias nisi q̃
sunt coram ipo de ppinq̃ cu/
mulate ad vnũ locuz q̃ntum
cunqz generalit intendat sup
eas non cõsecrabit nisi illas.
Similit dico q̃ si hostia ali/
qua iaceret sub palla non cõ
secrata. absconsa in rpe conse
cratõis forte ꝑ obliuionẽ cle
rici dimissa. exquo sacerdos
ꝺ ea nõ intẽdit nõ ẽ ꝓsecrata.
Secus dico si habz intentõ
nem ad omnes que sunt ante
eũ. tunc z illã hostiam absc̃
sam consecrabit. Tamen di/
cit Johãnes caldinẽsis ĩ sup
plicatõibus suis de officio oz
dinarũ. Si sacerdos. q̃ si sa
cerdos credens ponere. xvi.
hostias ponit. x. si in intentõ
ne sua ẽ tantũ cõsecrare quã/
tum habet ante se omnes sũt
ꝓsecrate. Et ideo dicendũ est
q̃ sufficit sacerdoti habere ĩ/
tentionẽ determinatã faciẽ
di vt facit ecclesia super totaz
materiã preordinatã sine spe
cificatione numeri fm magi
strũ Franciscũ de braga in q̃
dã questione disputata. Idẽ
dico de vino ꝑfuso super alta
ri per negligentiã perfusiõis
tẽpoze in calicẽ. quia illud nõ
consecratur dũ sacerdos non
intendat sup illud. Et iõ dixi
q̃ maxime requiritur inten/
tio super illa que sunt coz̃ sa
cerdote posita i tali loco tm̃
z non ĩ alio. Ex illo soluitur
dubiũ an scismaticus vl̃ he/
reticus conficiat hoc sacram̃
tum. Patz enĩ q̃ sic cuz talis
potest habere intentõnem ec
clesie in ꝓficiendo. z hoc ma/
xime vniuersalẽ. scz intenden
do facere qꝺ christꝰ fecit z in
stituit faciendũ. z quod eccle
sia fac̃. licz etiã ñ intẽdat ĩ spe
ciali. qz exq̃ ẽ ĩ hereſi vl̃ ĩ scis/
mate ipe certꝰ est z credit nil
valere vel facere ꝓpter pctm̃
in quo est. nec obstat capl̃m
scismā. xxiiij. q. i. vbi dicit q̃
scismaticus execrare põt: nõ
autẽ consecrare. quod intelli/
gitur q̃ntũ ad efficaciã sacrĩ.

qz nō opaī effectū salutis i illo sic ꝓsecrāte illā vl̄ ꝓficiēte ppt̄ scisma vl̄ heresim. sz tñ ē vez corp⁹ xpi. Silr etiā illō intelligit̄. s. vbi dr. Nō ē corpus xpi qđ scismatic⁹ ꝓficit. id ē ꝙ nō ē vez corp⁹ xpi qn tū ad ꝓficiētē in scismate vel heresi. qz sibi nō ꝓficit sz officit. id ē nocet. Nihilominus tñ quantū ē ad veritatē sacramenti est vez corpus christi Silr i. c. audinim⁹. vbi dr ꝙ scismatic⁹ execrare pōt nō autē ꝓsecrare itelligit̄ vt dictū ē Unde patet illos indiscrete facere q̄ sacr̄m g rutenos aut grecos ꝓfectū in forma eccl̄e blasphemāt et deridēt cū ibi sit vez corpus christi. Cōsultius tñ isti facerēt vt illuc nō intrarēt nec ispicerēt i ipōrz ecclias q̄ vt veniētes illuc dridzant. Cōcludēdo ergo dico ꝙ ad ℟ sacramentū ꝓficiendū sufficit triplex conditio et parte ꝓficiētis. Primo ꝙ sit sacerdos rite ordinat⁹. Secundo ꝙ possit verba pferre consecratōis. Tercio ꝙ possit habere debitā intentiōem faciendi quod facit ecclesia. Propter defectū ꝑme ꝓditōnis nullus laicus quantūcūq̄ sanctus nec sacerdos gētil' vt tartarorz ꝓficiunt. qz ñ sūt rite in forma eccl̄ie ordinati. Propter defectū secunde cōditōis mutus nō pt confice/re. quia nō pt verba ꝓsecratōnis pferre. Propter defectuz tercie conditōis carēs vsu ratōis z ebriosus nōdū digest⁹ non possunt cōficere. cum nō habeant intentōez debitam. Sed prima ꝓditio est ppria qz solus sacerdos et q̄libz pt cui possunt ꝓpetere iste ꝓditiones. sz platio et intētio ℔c obstat si instatur de degradato ꝙ nō sit sacerdos. quod tñ non est verū. qz characterem sacerdotalē sibi semel in ordinibus susceptis collatū nullus pt delere. Quāuis taliter degradatus ꝑdat priuilegiū clericale. z traditur curie secularī. tamen si celebraret ꝓficeret. quia autoritas substātifica nō ē sibi ablata q̄ntū ad veritatē sacramenti. sz tm̄ q̄ntū ad executōem legitimā q̄ caret quo ad se et ad alios z quo ad totā ecclesiam. Qñ aūt dicitur ꝙ scismaticus: excōmūicatus: heretic⁹ et degradatus nō conficit. intelligendū est ꝙ non cōficiunt rite z ordiate nec legitime quantū ad efficaciam sacrāmēti. vt scilicz

sit vtilis illa confectio ad sa/
lutem eis. sed tamē conficiūt
quantū ad veritatē sacramē/
ti. Et hoc catholice sentiēdū
est de isto sacramento omissis
opinionibus multorū. Et si
quis contra p̄dicta obꝯciat
magistrū sententiaꝝ. lib. iiij.
dist. viij. vbi dicit tales ñ pos
se conficere. Salua pace ma
gistri dico q̄ in hoc nō tenet
Tamen propter sui reueren/
tiā vt eius dictū potius vale
at q̄ pereat Intelligendū est
q̄ tales nō possunt conficere
de iure et sine peccato seu or/
dinate. sed de facto bene pos/
sunt. Nec moueat aliquē ra/
tio magistri ibi posita q̄ quā
dicit ideo nō posse p̄dictos cō
ficere. quia nemo in ista con/
secratōne dicit Offero. sed of
ferimus hoc sacrificiū. Ne/
mo igitur nisi fuerit membꝝ
ecclesie potest dicere cuꝫ alij
offerimus quasi esset vna de
personis ecclesie. Vnde cum
heretici et scismatici non sint
membra ecclesie non possunt
dicere offerimus. ergo nō cō
ficere. Ad quod dicimus q̄
oblatio nō pertinet ad ratio/
nem consecratōnis. vnde nō
necessario requirit vt offerat.
Ita soluit doctor subtilis su
per. iiij. dist. viij. q. ij. et Tho
mas eadē distin. q. i. ar. i. iij. et
iiij.

De credendis circa hoc sa
cramentū

Ante oīa

a credendū est q̄ in h̄
sacramēto idē chri
stus qui de virgine natus est
z pro nobis passus est p̄tine
tur. Et sicut ibi verus ē p̄s
ita etiam est ibi sub vna q̄nti
tate sed nō quantificatiue. h̄
est tm̄ dicere q̄ nō vtitur illa
quantitate occupando locū.
Sic etiam nō vtitur clarita
te sua illuminādo aerē Se
cundo credendū est q̄ corpus
christi potest esse ī pluribꝫ lo
cis quātūcūnq̄ plures panes
trāssubstantiant in ip̄m. Vn̄
in celo ē localiter. in verbo di
uino p̄sonaliter. ī altari sacra
mentaliter. Secūdū natura/
le eius esse ē in celo in vno tm̄
loco. f̄m esse sacramētale eius
potest esse ī diuersis locis. Est
ergo hic f̄m q̄ multa in ip̄m
trāsmutari possunt. Sz f̄m
esse personale non est in loco.
Unde dicit Petrus de tha/
rantasia. scōm q̄ vnum est
et indiuiduum in se: non po/
test esse nisi in vno loco: sicut

nec angelꝰ nec aliud corpꝰ sz ꝑm qꝫ in ipm mlta trãsmutari pñt indiuidua. sic ꝑt essei diuersis locis. dist. x. q. iij. ar. ij. super. iiij. sentẽtia y. Tercio credendũ est ꝑm Thomã qꝫ cum corpus xpi appareat ĩ specie carnis vl pueri. vtrum ibi appareat vey corpꝰ christi. vel an ille species sint ppe corpis christi nõ oĩno determinatũ est a doctoribꝫ. Tñ secure dicitur qꝫ ille dimensiones panis manent. z in eis alia accidentia sensibilia supducũt diuina virtute que speciẽ carnis ꝓtendãt sicut accidẽtia q prius erãt ꝓtendebãt species panis. Quãdo tñ appareret sub forma carnis vl pueri nõ debz sumi sz ꝑ reliquijs seruari Quarto credendũ est qꝫ illa accidentia manẽt sine subiecto post consecratõez virtute diuia. retinẽt tñ ibi modũ agendi vel patiẽdi in corpore christi quẽ prius habuerunt

Quinto credendũ ẽ qꝫ facta consecratõe vlteri9 nõ manet in hostia consecrata suba panis. nec in vino substãtia vini sed statim corpus christi fit ĩ hostia. et sanguis xpi ĩ calice Et rõ ꝑm btm̃ tho. est. qꝛ oppositũ hui9 dicere repugnat verbis christi. nõ enĩ eẽt vey dicere. Hoc est ei corpꝰ meũ. sed hic est corpꝰ meũ. Jtez si remaneret substãtia panis tolleret reuerẽtia christo debita vt cõtinet in hostia. Nã xpo vt continet in hostia debetur cultus latrie. sz si ibi maneret suba panis nõ deberz tal cultus latrie exhiberi ꝑ idolatriã adorãdo creaturã. Et licet multi doctores huic ꝺicant sniẽ. iam tñ ꝑ catholica ꝺclusa ẽ sb alexãdro ꝗnto pa pa z Martino ꝗnto Sexto credendũ ẽ qꝫ fractio que fit in hostia non fit in corpore christi. sed tm̃ in speciebus hostie. vnde ibi accidẽtia manentia sine subiecto dicuntur frangi ꝑm Pe. di. xij. ar. prici pali. q. i. qꝛ alis fractio est quedam diuisio. diuisio vo ẽ passio quanti vt quantũ. In sacramẽto vo aliqd est ꝗntum ꝑ moduz ꝗnti. vt spẽs. aliqd est ꝗntũ sz ñ ꝑ modũ ꝗnti. vt corpus christi. Jdeo dicẽdũ est qꝫ fractio vel diuisio fit in speciebus et nõ in corpe xpi.

Septio credẽdũ ẽ qꝫ corpus xpi in ꝺ sacro ꝑpe nõ videt nec sanguis corpal. Ratio gre. qꝛ tũc ibi nõ esset aliud visuz [illegible] creditũ. Jtez

alia ratio naturaľ. qz nullum corp⁹ videri ꝑt nisi hēat accidētia ī essentia. vl̄ nisi sit colozatū formaliť. vt ptz de pariete. sz colo⁹ alb⁹ ñ ē ī hostia formaliť. ergo nō ꝑt videri ꝑ ꝑe. Nec tñ errāt laici q̄ dicūt se videre corpus xp̄i. sicut illi nō errauerūt q̄ dicebāt se videre angelos in assūpto coz/ pe. quos tñ non viderunt inquantū fuerūt spūs. Et simile est de boīe armato quē dicz te videre: cum tñ nec faciē nec membrū aliqd̄ nudū ei⁹ videas. īmo vt dicit Uarro. di. x q. ix. Nulla creatura naturali cognitōe nec angelus ꝑt cogz scere ibi esse corp⁹ xp̄i. Licet tñ visiōe gloziosa z intellectuali potest cognosci. ocul⁹ tñ glorificatus illud videre nō potest corpaliť ꝛm Thomā. Unde glorificati vident corpus xp̄i in sacrō visione intellectuali z ñ corpali. Octauo credenduz est q̄ in hostia sunt q̄ttuor. z quattuor veraciter in calice credenda ꝓtinētur. Primo enī in hostia virtute verboz̄ est corpus christi. Ratio quia illud veraciť cōtinetur in hostia de quo v̄ba faciunt mentionē. sz hoc solū est de corpore christi. qz ibi dicitur. Hoc est enī corp⁹ meum. vbi nihil dicit̄ de aīa nec de dēitate nec de sanguīe Secūdo ibi est sanguis xp̄i non principaliter sed ex ꝯcomitantia quadam necessaria. quia corpus verum z viuuz nō est sine sanguine. Unō dicitur anima esse in sanguine. Tercio ibi est anima christi ex cōcomitantia mediata. qz ipossibile est animā informare z ꝓficere corpus nisi corp⁹ sit dispositū. sed sine sanguīe nō est ibi corpus bene dispositum nec etiā organizatum. Ibi ex cōseqnēti etiam ē anima. cum ibi sit corpus dispositum ꝑ sanguinem. et hoc est dicere mediante sanguine.

Quarto est ibi deitas ex q̄dam concomitantia remota. quia corpus z deitas sūt diſparia. tamen ex quo christus natus fuit ex maria virgīe verus homo et deus. ideo etiaz hic est verus homo et deus. Similiter dicitur de calice. q̄ ibi primo est sanguis. qz ō illo v̄ba faciunt mentōnez. Secūdo ex cōcomitātia immediata ibi ē corp⁹ xp̄i. Tercio ex cōcomitantia mediata ibi est anima christi. Quarto ex ꝯcomitantia q̄daz remota

ibi est deitas Nono credē dum est q̄ in hoc sacramento aliquod est sacramentū ⁊ nō res sacramēti. sicut species sē sibilis panis et vini. ⁊ ille species sunt creature. vnde adorator videns hostiā nō debet ferre intentionē principaliter ad id quod videt. ſz ad id qō credit ibi esse. scz christū. Secundo inuenit ibi sacramētū ⁊ res sacramēti. ⁊ hoc est verū corpus christi et sanguis eius. Ista autē dicunt sacrm ⁊ res sacramenti p respectum ad ministr̄ vl̄ sacerdotez sub debita forma ꝓficientē. Uñ dr sacramentū q̄si sacre rei signū. qz significat spūalem refectōem anime. Et dr res. qz hocip̄m facit p gratiā qō cōtinet. Tercio est ibi aliq̄d qō est res sacramenti et nō sacramētū. sicut est gratia data digne uscipiēti. ⁊ hec gratia ē res significata. nihil tñ significati. Quartū ibi est qō nec est res sacramēti nec sacramētum. vt sunt illa omnia q̄ sūt ꝓcomitantia hoc sacramentum siue sint accidentia ꝓpa siue ꝓmunia. Et illa dicūtur potius forme accidentales siue species. Decimo credē dum q̄ licet sacerdos debeat sub vtraq̄ specie sumere hoc sacramentū cum celebrat. tamen populo sufficit sumere sub specie panis tm̄. Et ratō est. quia ſm Archidyaconuz de conse. dist. ij. Cōperimus. in hoc sacramēto nō soluz attenditur efficacia. sed etiā significantia. Significat enim per istas duas species. s. corporis ⁊ sanguinis seorsū sumptas per sacerdotē tēpore celebratōnis q̄ sanguis christi in cruce fuit diuisus a corpore suo. vt dicit Borra super Mattheū. Cum autē sacerdos tm̄ et nō populus habz huius facti significationē ex ordine suo exprimere. tm̄ ipe ⁊ nō populus tunc sub vtraq̄ specie debet sumere. eo q̄ ipe tūc gerit vices christi. populus autē non. Et ideo populo nō est opus de significātia sed de efficacia. Et qz efficacia est eqlis sub vtraq̄ specie. ideo populo traditur sub altera specie ī qua tradi pōt cum reuerentia et cautela. A presbyteris autē tm̄ sumitur sub vtraq̄ specie. Et pro isto sciendū ſm Thomā in ē cia parte. q. lxxxij. arti. vij. et vltimo. q̄ circa vsum huiꝰ sacramenti possunt duo ꝓside-

rari. vnũ ex parte ipi⁹ sacrãm ti. z aliud ex parte ipoꝝ sumẽ tium. Ex parte ipi⁹ sacramẽ ti ꝯuenit q vtrũq sumaꝛ. scz corp⁹ et sanguis. quia ĩ vtro q ꝯsistit pfectio sacramẽti. z ideo qꝛ ad sacerdotẽ ptinet ꝫ sacramentũ ꝯsiderare z con/ secrare et pficere. nullo mõ de bet recipe corpus xpi sine sã guine. Ex parte aũt sumẽtiñ req̃ritur sũma ꝛuerẽtia z cau tela. ne aliq̃d accidat qđ ver gat in ĩiuriã tãti myster̃ij. qđ p̃cipue posset accidere ĩ sãgui nis sumptõe. q̃ q̃dem si ĩcau/ te sumeret de facili possz effũ di. Et qꝛ crescente mlt̃itudĩe populi chꝛistiani in q̃ ptinẽt senes et iuuenes: q̃ꝝ q̃dã non sunt tante discretõis vt cau/ telã debitaz circa vsum hui⁹ sacr̃i adhiberẽt: ido puide oꝛ dinatũ ẽ vt ppl̃o sub alt̃a tm̃ specie det. Hoc idẽ tenz tho. sup illđ Joh. vi. Nisi mãdu/ caueritis: dicens. Non est de necessitate salutis pceptio sã guinis sic corpis xpi. cũ xps totus sub altera specie tm̃ su mit. In ꝫ ipm seq̃t lyra ibiđ dicens. Non ẽ intelligendũ q̃ sub vtraq̃ specie sit fidelibus exhibendũ. sed tm̃ sacerdoti bus sumendũ.

De cautelis seruandis cir ca hoc sacramentũ ex pare su mentium.

Tqꝛ du

e plex stat⁹ vtit̃ ꝫ sa/ cramẽto ad salutẽ. scz sect̃aris z spũalis. ideo q̃li bet ꝫ suas cautelas. Unas igit̃ oẽs tã spẽalis cuilibz eo/ rum q̃ cõis vtrisq̃ sit̃. Et p/ mo canẽdũ ẽ oĩ̃ib⁹ ne ĩ pctõ mortali sumãt ꝫ sacr̃m. Naz sic peccarent ĝuiter. iuxta il/ lud. i. ad Chorin. xi. Qui au tẽ mãducat idigne iudiciũ si bi mãducat z̃ẽ. Sũt aũt q̃dã q̃ sufficiẽter se p̃parant ꝯm ve/ ritatem. s. q̃ expellunt diabo l ũ de corde suo p verã exami nationẽ ꝯsciẽtie et p ꝯtritõez siue iudicium penitẽtie. et hi consequunt gratiã et mandu cant digne. Alij sunt q̃ se p/ parant sufficienter. nõ tm̃ ꝯm veritatẽ sed ꝯm ꝓbabilitatez. ita q̃ estimãt se carere pctõ. q̃ tm̃ si facerẽt maiorẽ ꝯscie iuq̃ sitionẽ inuenirẽt se reos. sz tm̃ sunt p̃ati. qꝛ si scirẽt pctm̃ in se vellẽt ꝯfiteri. non tm̃ appo/ nunt ad hoc oĩmodã diligen tiam. Et hi q̃uis gratiã non p̃cipiant. nõ tamẽ incurrunt offensaz. qꝛ nec sumũt digne

nec indigne q̄ uis sint idigni Tercij sunt q̄ neutro mō se p parāt. imo ꝓtemnūt. z hi pec cāt mortal'r: z sumūt idigne.

Uñ idigne accedūt tripli ces hoīes. Primi q̄ cū ꝓscia mortal' peccati z sine ꝓpos/to penitēdi accedūt. Scōi q̄ alit' q̄ ecclia statuit accedūt. vl' extra ecclīam. vt scismati/ci vl' heretici. Tercij q̄ sine re uerētia accedūt. sicut faciunt multi q̄ ꝑmunt se ad altare. z vnus in aliū q̄ncq̄ puocatur. Ul' vt q̄dā sacerdotes ꝓpan tes se ad celebrandū distracti accedūt z festināt. ita q̄ q̄ncq̄ obliuiscūt' q̄d faciūt. Et licz q̄s non possit habere certitu dinē an sit īmunis a pctis. ꝑt tñ h̄ ꝓpēdere ex q̄ttuor signa. Primū ē. cum q̄s verba dei de uote audit. Joh. viij. Qui ex deo ē verba dei audit. Secū duz cū q̄s ad bñ opandū ꝑm ptū se īuenerit. Quia ꝓbatio dilectōis ē exhibitō opis. ſm gregoriū. Terciū cum q̄s p/positum abstinēdi a pctis in futurū habz. Quartū ē cū q̄s de ꝑteritis cōmissis dolet. Uñ si quis p h̄mōi signa facta di ligenti discussione sue ꝓscien tie q̄nis forte ñ sufficiēti ad sacraz ꝓmunionē accedat. ali quo peccato mortali ī eo ſma nente. quod ei⁹ cognitionem subterfugiat nō peccat. īmo magis ex vi sacramenti pctō rum remissionē eōsequtur. q̄z istud sacramentū venialia de let z mortalia oblita. Se/cunda cautela ē oīb⁹ cōis. ne q̄s pollut⁹ ī corpe accedat eo dem die. Et nō solū req̄ritur mūdicia mentis q̄ scz sit sine pctō. sz etiā corpis. Pro q̄ sciēdū q̄ pollutio ꝑt ꝓuēgi ex sola dispositōe nature. et non ex p̄cedēti cogitatiōe. z tūc ñ est signū alicui⁹ pcti sz ꝑt ebe tudinē mēt⁹ inducere si simul cū imaginatōe contingat. im mundiciā tamē corpis habz. Et iō si necessitas īmineat z deuotio exposcat ñ impedit: p̄cipue q̄ñ sine imaginatōne accidit. Tamē si ꝓpter fuerē tiam tunc abstineat laudan/dus est maxime quādo talis dispositio nature nō est ꝑpe/tua siue diutuma Scōo mō ꝑt contigere ex p̄cedēti cogi/tatōe. tūc si ñ fuit ꝓsensus ad cogitationē. z necessitas vrge at pōt accedere z celebrare. si aūt nō vrgeat necessitas acce dēdo nō peccat mortal'r sz ve nialiter. maxime q̄ñ cogitatō est cum delectatōne. licz sine

ꝓsensu. Dicit tñ btūs Tho. ꝙ pōt contingere ꝙ in ipa cogitatōe pollutio oriat̄. que si placet ꝓpter delectatōnez ex surreptōe ē peccatum veniale. Si aūt deliberāte cōsensu z ꝑcipue cū cōplacentia futura ē peccatū mortale. Ista autē ꝓplacentia nō facit dictam pollutōnē esse pctm̄. quia nō ē eius causa sed in se ē pctm̄. Si aūt placeat vt alleuiatio nature peccatū esse nō credit̄. Tercio ꝓtingit ex cibo z potu. tūc idez est iudiciū sicut ō illa pollutōe q̄ contīgit cum imaginatōe turpi. vt dicit canon. vi. di. testamentū. vbi ōr Cum appetitus gule vltra modū in sumēdis alimētis rapitur. atq; idcirco humorꝫ receptacula. i. virilia mēbra grauant̄. habet exinde anim⁹ aliquem reatū. i. veniale pctm̄. Et hoc nō ꝓhibet ab eucharistie sumptōe sed a ꝓfectōne: nisi sit necessitas. Uñ ibidez sequitur. nō tñ vsq; ad ꝓhibitionē sacri mysteriꝫ ꝑcipiēdi: vl̄ missaꝝ solēnia celebrandi. cū fortasse aut dies festus exigit aut exhibere mysteriuz ꝓ eo ꝙ aliꝰ sacerdos ōest ipa necessitas cōpellit. Hec ibidez

Et nota ꝑm [illegible]bid̄. in canone. testamentū. di. vi. ꝙ licz pollutio ex crapula in sūmo est veniale. tamē ipa crapula ꝑcedens ē mortale. Ex q̄ ptz ꝙ licet pollutio ex crapula q̄ ē veniale peccatū ꝓhibeat nihilominus ꝓter casum necessitatis a cōfectiōe. tamē laicū a sumptōe nō ꝓhibet. qđ plꝰ est. qz maior mundicia req̄rit in sacrificio q̄ in sumptōne. Unde Archi. vbi supra. elicit efficax argumētū ꝙ minꝰ est audire diuīa q̄ celebrare. eo ꝙ ꝑm Thomā peccator in mortali peccato existēs vidē do corpus christi in missa nō peccat. licz tūc debeat humiliari. Quarto cōtingit pollutio ex illusione dyabolica. de qua dicit Johannes parisiē sis sup. iiij. sententiaꝝ. di. x. q ij. ꝙ talis illusio habet quando q̄ causam intrinsecā. sicut q̄ dormiens nō fecit qđ debuit. scz se nō signando vl̄ aliquid aliud. et sic ē peccatum. Aliquādo nō ē peccatū. s. q̄m habet causam extrinsecā. sic narratur in vitas patrū ō quodam sancto viro. qui quotiens celebrare volebat ꝑcurabat ei diabolus pollutōnes. qđ ꝑres ꝑcipientes dederūt ei ꝯsiliū ꝙ audact̄ celebraret.

Quocunq; tñ modo accidat ex quadaz ꝯgruẽtia sp impedit sumptõem sacramẽti pro pter duo. Primo qz ibi semp accidit feditas corpalis cum q̃ null⁹ ppt reuerẽtiã sacrĩ debet accedere. vñ accedẽtes labet accedere. vñ accedẽtes lauant man⁹ ꝛc̃. nisi forte talis esset immũdicia que essz ppetua et diuturna. vt si essz lep̃ vel fluxus sanguis vel semis Secũdo qz ibi sequit pollutio in euagatõe mẽtis p̃cipue ex turpi cogitatõe. que etiam non sine culpa cõtingit. Tenendũ tñ est ſm Tho. q̃ i oibus istis ppter necessitatem vel solẽnitatẽ diei. vl vbi vn⁹ ẽ sacerdos tm̃. postponẽda ẽ talis congruẽtia. ꝛ cõmittendo se deo cuz dolore ꝛ cordis compunctiõe p̃missa confessione si haberi potest. alꝫ cum bono pposito confitẽdi accedat in nomine dñi Dicit etiã doctor parisiensis vbi supra ꝛ concordat cum sco Tho. de menstruo ꝛ alijs immũdicijs q̃ q̃diu durant exq̃ sunt temporales immũdicie ꝛ nõ ppetue in talibus ẽ abstinendum ppter reuerentiã sacramenti. Si tamen mulier habet deuotionem. vel forte postea nõ habebit tpus ppetẽs ad hoc admittat. ne ſm Gregoriũ pena corporal ei mutetur in culpã. Dicit tñ Gregorius q̃ si mulier eo tẽpe accedat nõ est iudicanda. qz passio sua nõ est culpa. Si autẽ abstineat laudanda est. v. dis. ad eius vero. Ualde igit essent arguẽdi sacerdotes idiote grauantes tales psonas ꝑ uibus penitẽtijs. eo q̃ ad ecclesiam tempore mẽstrui ingrediuntur. aut ad sacramẽtũ altaris accedũt. Et audiui de quodam q̃ p vna leui pollutõe cuidã pie femie et multũ deuote dedit mlta psalteria p penitẽtia ꝯparãda. puto tñ q̃ puiderat i hac parte de symonia sibũpi p eandẽ facienda. sed tamẽ mẽtita ẽ iniqtas sibi. Illa enĩ statim discretiorem accessit: qui cũ ea melius ꝛ minus egit. ꝛ ita ille paup fuit frustrat⁹. ꝛ in sua spe symoniaca cõfusus. Tercia cautela q̃ nullus die illo in q̃ cõmunicet debitũ petat a cõiuge: vel ecõuerso vxor a marito. ſm Tho. in. iij. parte. q. lxxx. nec etiã nocte seq̃nti aut p̃cedẽti. qõ si fiat causa prolis generãde. vl causa reddẽdi ꝺ bitũ. iudicãdũ ẽ sic̃ de pollutõe n[illegible]nali q̃ accidit non

sine pctō ꝑpter immūdicias corpalē ⁊ mentis distractōes Unū in ꝯcilio libertino de ꝯse cra. di. ij. c. ois hō dr. Dīs hō añ ꝯmunionē sacras a ꝓpria vxore abstīere debz trib⁹ aut q̄ttuor aut quinq; aut septez diebus. Glo. abstinere debet quantū in se ē vt nō exigat. ex actus tñ reddere debz q̄libet tpe. vt ptz. xxxiij. q. v. Si di cat. Dicit tñ glo. q̄ h̄ nō ē ꝑce ptū. ꝑ illo notat. xxxiij. q. iij. Uir cū ꝓpa. Johes etiā i no uella sua de cōse. eccle. vl' al/ taris. c. i. li. vi. sup glo. in ⁊bo seminis in fine dicit. q̄ q̄ndo maritus accepit eucharistiā nō dz exigere tenet aūt redde re. de h̄. lxxxij. dis. ꝓposuisti. ⁊. xxxiij. q. iij. christiano. In tali ḡ casu vt dic̄ Gre. sūt ho mies suo arbitrio seu iudicō relinq̄ndi. ⁊ eoz ꝯscia ē reḋrē da cū veniūt ad ꝯfessionē Uñ si q̄s voluptate dñante ꝯiugi miscet ꝓhiberi dz ab h̄ sacrō xxxiij. q. iij. Uir cū ꝓpa. Al bertus autē dicit q̄ etiā post sacrā ꝯmunionē nō licet illo die debitū exigere. nec exactū reddere nisi cuz difficultate. Puto tñ q̄ reddens illo die debitū nō peccat mortal'r sed venialiter. Dz diceres. tñ Hieronim⁹ in q̄dam ep̄mōe sil'r ꝓhibet dicens. Quicūq; vxori reddit debitū ñ ꝑt car nes agni edere. xxxiij. q. iij. sciatz. Dico ep̄m doctorē sub/ tilē q̄ nō ꝑt oīno cū tāta reue rentia. ⁊ iō ꝯsiliū ē vt tūc ab/ stineat. licz nō sit ꝑceptū ne/ cessitatis. qr nō video quō ꝑ pter h̄ solū peccaret mortalit̄ qr ꝓcipit corpus christi Un de glo. sup dicto. c. sciatz dic̄. q̄ tal' nō dz edere de carnib⁹ agni. i. corpe christi ppt̄ reue rētiā sacr̄i cū causa libidis cō miscet vxori. al's ⁊o tenet de bitū reddere. vt dr. xxxiij. q. v. c. i. Non video q̄re puniet cū tm̄ ꝑ mortali abstinēdū ē a corpe christi. de cōse. dist. ij. Quotidie. Ex q̄bus infero. q̄ dogma begardoz docens hominē ꝑ omni tpe q̄ idone⁹ est māducare spūaliter eē ido neū ad māducandū sacr̄alit̄ totaliter est pestifer ⁊ scd̄z sctis ꝯtrīū. ptz hoc ex supra/ dictis. Nam multi sunt sine mortali pctō qui sunt idonei ad mandu cādū spūalit̄ cum sint in gr̄a. et tñ ꝓpt̄ reueren/ tiā sacr̄i nō sunt idonei ad mā ducandū sacramentaliter. si/ cut patet de coniugib⁹ actua liter cōmiscentib⁹, vt ꝯdictū ē.

Jtē apparet ex his quantus error ē dicere q̄ hō ex reuerē tia nō debet moueri ad absti nentiā. īmo magis ad sacrām̄ taliter p̄cipiendū. Sil̄r dice re q̄ virgines ⁊ vidue deuote negocia seculi abdicātes si se in defectib⁹ ⁊ in imp̄fectiōib⁹ spūalib⁹ inueniant pic̄lose ab ℏ sacramēto abstineāt. Unō eis ꝓsulendū est q̄ q̄tidie. al's freq̄nter. al's aliq̄tiēs i septīa na ℏ venerabile p̄cipiāt sacra mētū. q̄ oīa error ē sapiunt et vulpinā calliditatē. Unde di co ſm doctorē subtilez: q̄ exi stens in gr̄a actualit̄ indeuo/ tus. laudabiliter abstineat ab hoc sacramēto. Nec ē ꝓsiliuz eccl̄ie ⁊ sanctor̄ pat⁹ p̄ sum/ ptōez sacr̄i excitare actualem deuotōez. sz p̄ ieiuniū. elemo sinas: oratōes et meditatōes deuotas primū in se deuotō/ nem excitare auxilio dei. ⁊ de mū ex sumptōne eucharistie feruorē et gratie expectare fi delit̄ complementū. Quar ta cautela ne q̄s q̄ntūcūq⁹ cō trit⁹ de suis peccatis sine cō fessione facta sacerdoti acce/ dat ad ꝓmunionē. Nā sic ac cedens peccat grauiter ex ℏ q̄ñ habet copiam sacerdotū. Sacerdos tñ volēs celebra re. nō secū habens copiam sa cerdotū. si īminet scandalum populi. ⁊ iam īcepit canonē. vel forte q̄ infirm⁹ amisit lo q̄lam. et ip̄e p̄ eo ꝓmunicādo vult ꝓficere eucharistiā et ce lebrare missam. si tal' est in p/ posito ꝓfitendi q̄nto citi⁹ po terit ñ peccat cōicādo. Licet aūt i pct̄o existēs non debeat sine ꝓfessione ꝓmūicare. tñ p̄t videre corpus christi sine pec cato. Si tamē abstineat p̄p̄t humilitatez melius facit ſm Thomā in. iiij. dist. ix. Dicit tamē Albertus q̄ pct̄or p̄ōt videre corpus christi sz ñ m̄l to aspectu. sz eo viso p̄cutere debet pectus suū q̄si nō sit di gnus aspectu. Quīta cau/ tela ē ne q̄s nō ieiun⁹ accedat ad ꝓmunionē p̄p̄t reuerentiā sacramēti. vij. q. i. nihil. et de p̄se. di. ij. liq̄do. Et ℏ p̄p̄t ho norē tāti sacramenti. vt dicit Aug⁹ in libro respōsionū ad Januariū. Nō te moueat q̄ dñs p⁹ cenā ꝓmūicauit a po/ stolos. quia hoc fecit p̄p̄t im p̄ssionē memorie ap̄lorū meli orem. Si tamē imminet ne/ cessitas mortis tūc potest cō mūicare etiā post cibū vl' po tū. Sicut si q̄s vulnerat⁹ in taberna hora vespertina tēdit

ad mortē. talis ꝑt expediri sta
tim ne recedat sine viatico.
Unde nō licz aliquā medici
nam ante ꝯmunionē recipere
nec etiā potare. Si tñ lauan
do os aliquid aque. vel si re
liquias cibi inter dentes ſma
nentes trāsglutiret nō impe/
ditur ꝯmunicare. qz nō sum/
psit illud ꝑ modū cibi vel po
tus. sed ꝑ modū saliue q̄ vita
ri nō ꝑt. Si q̄s etiā post me/
diam noctis aliq̄d ꝑ modū ci
bi vl̄ potus recipit impedit a
ꝯmunione illo die. Si autez
añ mediā noctē siue dormiat
siue nō. quantū ad ratōez ꝑce
pti nō videtur impedire. tñ si
ne causa necessaria meli⁹ ē dif
ferre ꝯmunionē. ꝛ hoc ꝓpter
turbationē mentis. que pue/
nit ex indigestiōe ꝛ ſomnita
te ſm quā hō reddit ineptus
ad cōmunionē. Ita dic̄ Tho
mas ī. iij. ꝑte. q. xxx. Se/
xta cautela est vt omnes chri
stiani habentes annos discre
tōis. scz a decez: ſm tamē sub
ꝛ supra annis. semel in anno
in pasca nō omittant ꝯmuni/
care nisi de ꝯsilio sui sacerdo
tis. ꝛ ꝓpter aliquā rōnabilē
causam ad tempus abstine/
ant. vt dicit de penitētia ꝛ re
mis. Omnis vtriusq; sexus.

Si tamē sepius possint ꝯmu
nicare ꝯmēdabiles sunt. Et
maxime ad festa christi ap̄lo/
rum et patronoꝝ ecclesie. in q̄
bus maioꝝ deuotio excitat ꝓ
pter festum diē. Unde antiq̄
ꝯsuetudo iure approbata ha
bet q̄ seculares in natali dñi
pasca et penthecostes de cōsi
lio debent ꝯmunicare. de con
se. di. iij. c. et si nō frequenti⁹.
Seculares tamē ꝑsone con/
templatiue et femine deuote
singulis mensib⁹ possunt cō/
municare. Unde ſm Augu/
stinū in libro de eccl̄iastic⁹ do
gmatib⁹. Singulis dieb⁹ do
minicis si nō sint in ꝓposito
peccandi ampli⁹. Singulis
autē dieb⁹ nō laudat neq; vi
tuperat cōmunicantes. Non
laudat. quia difficile est secu/
laribus se ꝓparare ad hoc sin
gulis diebus: saltem digne

Circa hoc tamē sciendum
ſm Thomā super. iiij. di. xij
q̄ si quis experimentalit̄ co/
gnoscit ex quotidiana sūpti/
one feruoꝛem amoris ad deū
augeri. et sacramenti reuerē/
tiam nō minui. talis posset q̄
tidie sumere siue cōmunicare
Si autem sentiat reuerentiā
minui et feruoꝛē non augeri
multū debet interdum absti/

q.i. Quare cõiunctio mr̃imonij̃ est inseparabilis vsq; ad mortem inter homies ꝛ non inter alia anialia. est hec. Quia aliorum animaliũ filij̃ possunt sibi victũ statim habere. vl̃ saltem ad eorũ sustẽtationẽ vnũ sufficit. sicut est ỏ vacca equa asina et similibus. ꝛ ideo ibi nõ est certa cõiũctio certi masculi ad certã feminã. nec etiã necessaria diuturna ꝯiunctõ. eo q̃ femina in eis sufficit ad educandũ fetũ sine masculo. In his autẽ quoꝝ filij̃ indigent vtriusq;. s. tam pr̃is q̃ matris sustentatõe aliud est. Silr vbi inuenit aliq̃ determinatio quantũ ad tp̃us sustentatõis ꝛ educatõis sicut ĩ auibus. vñ passeres turtures et colũbe habẽt determiatas feminas. q2 habẽt educare pullos ꝛ alter eoꝝ non sufficeret ad q̃rendũ victũ cũ ꝛ se eq̃lit nutrire debeant. Non aũt sic est in hominibꝫ vbi filiꝰ indiget cura parentũ ad magnuz tempus. Et g̃ matrimonialis ꝯiũctio inter solos hoies dicitur indiuisibil̃ fm totã vitã alterius ꝯiugis Oportz ei filiũ generari: educari: nutriri ꝛ doceri: ꝛ sibi de necessarijs vite a gentibꝫ puideri. Eo q̃ iuxta ap̃lm. optz patres filijs thesaurisare. ij̃. ad Ꝯhori. xij̃. Jsta autẽ req̃rũt magnũ tps Et q̃ ad hoc dicit Lyra sup Mattheũ. xix. c. q̃ mr̃imonium nõ solũ est de iure diuino sed etiã de iure naturali. q2 ℔ natura dictat q̃ vir ꝛ mulier cohabitent simul per totã vitam ad educandũ et p̃mouendum prolez vsq; ad perfectũ statum virtutis. Dicit autez matrimonium potiꝰ q̃ patrimoniũ. q2 maxima onera sũt in matre q̃ ĩ viro. Et dicit a matre q̃si matris muniuz. q2 munit a matre: ꝛ dat mlieribus esse matres. Et q2 etiã finis p̃ncipalis mr̃imonij̃ ẽ bonũ plis. in cuiꝰ p̃curatiõe mr̃ magis laborat. ꝛ iõ ab ip̃a denomiat. Fuit aũt mr̃imoniũ institutũ a deo in statu innocentie. vt ỏ2 de voto. c. i. li. vi. Et ℔ p illa ẅba. hoc nũc os ex ossibꝫ meis. q̃ ẅba adã spũ sancto illustratꝰ dixit Ben̄. ij̃ in fi. et. xxvij̃. q. ij̃. lex diuina. Et p hoc r̃probat illa opinio q̃ dicit q̃ mr̃imoniũ sit institutuz a deo illis verbis. Ere scite et mltiplicami. quod videtur incõueniẽs. cum etiam illa verba p2ius dixerat deus nõ solũ ad hoies: sed etiaz ad

bestias. Ben̄.i. Et q̄ uis matrimoniū etiā sit institutū tpe moysi ꝛ tēpe christi. ꝑ fuit tñ diuersis respectibꝫ. Nā vt dicit Tho.di.xxvi.in.iiij.ꝟm q̄ ordinatur ad generatō ez plis q̄ erat necessaria etiā añ pctm̄ institutū est a deo in statu innocentie.in hoc q̄ de⁹ formauit mulierē in adiutoriū viri. Et hoc modo dicit officiū fuisse institutū. Sed quantū ē in fmediū peccati fuit institutū post peccatū tpe legis nature. Scōm autē determinatōnem psonaꝝ habuit institutionē in lege moysi. vbi nō nisi de certis tribubus copulabātur.sed ꝟm q̄ repsentat ꝯiunctionē christi ꝛ ecclesie sic habuit institutōnē in lege noua Et ꝟm hoc dicit sacr̄m noue legis. Et ex ꝑ habet q̄ due ꝓncipales sunt cause institutōis mr̄imonij.s.educatio plis ad cultū diuinū: ꝛ vitāde fornicatōis causa. Alie sūt mlte cause min⁹ principales.s. pulcritudo vxoris.diuitie.r̄formatio pacis. Et ppt istas causas si etiā ducat vxor seruatis verbis de psenti tenet mr̄imoniū.

Sciendū autē erq̄ vt dicitur.vij.ethicoꝝ.i actu carnali ꝓuinatur hō magno bono. scz vsu rōis. Quia vt dic̄ ꝑhs tal⁹ act⁹ furat intellectū sapiētis. Et vt dicit Aug.xvi.li.o trini.ipa voluptas carnal⁹ q̄ maioꝛ in voluptatibꝫ carnalibus neq̄t ī ueniri mom̄to ipso tpis quo ad ei⁹ q̄uenit extremū:pene oīs acies ꝛ vis rōis obruit. Nullus añt ꝟm rectaz ratōnem debz se obligare ad aliquod ī q̄ tantū malū patit. nisi sit aliq̄ bonū recōpēsās istō damnū. Unde a sctis patribus ponūt excusantia illū actum tam dānosum. scz bonum fidei:plis et sacramenti. Fides hic sumpta est fidelitas siue iusticia ad actum ad quē obligat se.s. vt ille nō q̄rat aliā.nc ecōuerso. Silr bonū plis obligat q̄ ad cultū diuinū.s. vt religiose.i. sctē ꝛ de note educat. Bonū añt sacramenti est illa indissolubilitas inter virū et mulierē. ꝛ signat indissolubilitatē coniunctōnis christi ꝛ ecclie. Et hoc est bonum intrinsecū mr̄imonij. qz pfectio prima est formal⁹, prima añt duo bona.s.fides et ples sūt bona extrīseca mr̄imonij. Ex his patet q̄ erq̄ vt dictum est:sacramentū est bonū excusans istū actū. videtur q̄ act⁹ iste mr̄imonialis non so

lum est bonus. sz etiaz sctūs. quā sanctitatē habz ex indiui sibilitate ꝓiūctōis. ꝑm quā si gnificat ꝓiūctōez christi z ec clesie. Ita etiā dic tho. i dist. xxxi. i q̄sto. q. iiij. Ex q̄b oi/ bus infert ꝑm Bonauē. ibidē scdo ꝓncipali. q. ij. q᷑ q̄ coit cā fornicatōis vitāde i vxore. ne scz vxor fornicet. sic reddēdo debitū nullo mō peccat. sz ma gis meret. qz exercet op9 iusti cie ꝫ ē fidei ad quā tenet. z iō eis culpa excusat. Si vo co it causa fornicatōis vitāde in seipo. s. ne ipe sol9 fornicet. i ꝫ peccat venialr. z ꝫ si ñ pulsat a carne. Nam exquo nō ꝓt ꝓ/ creare plem. nec ꝓpt eā ꝓcreā dū coit. nec cōpellit ab vxore ad reddendū debitū. aliq̄ sup fluitas est ibi. z iō peccat sz ve nialiter. imo dici ꝓt ꝑm Pe. de tha. in. iiij. di. xxx. q. iiij. ꝓn cipali. q. ij. ar. i. q᷑ q̄rens dele/ ctationē in ꝓiuge sistendo tñ intra fines mrimonij. s. qñ cū altera mliere id non facerz ve niale est peccatū. licz etiā fiat causa explēde libidis. Sz si q̄rat delectatōez i ea ñ vt i cō iuge: sz vt in alia mliere q̄cūq̄z tūc est pctm̄ mortale. ꝫ ē ꝓtra bugonē. xxxi. q. i. Quō. vbi dicit vsum matrimonij ñ pos se impleri sine pctō saltē veni ali. qz ꝓt etiā eē mrimonij cū fit bono ītuitu sic fuisset ī sta tu innocentie ꝑm Frāciscū in rubrica de spōsalib9. ꝫ idē in/ nuit Jo. an. ī glo. sup. c. alma de sen. ex. li. vi. sup vbo sacra/ mentis. vbi dicit q᷑ dat gr̄a ꝓ istud sacramētū. sz nō sic per alia sacr̄a. Cōfert aūt in hoc sacramēto gr̄a adiuuās ad il la opa que in mrimonio req̄/ runt. Rō ꝑm tho. in. iiij. dist. xxvi. q. iiij. Quia vbicūq̄z di/ uinitus dat facultas aliq̄d fa ciendi dant etiā auxilia sine q᷑ bus nō ꝓt ꝓueniēter vti illa fa cultate. sed in mrimonio dat diuinitus facultas vtēdi vxo re. et ꝓ ꝓseqns datur gr̄a qua idem ꝓuenienter fieri possit. Hec sctūs tho. Et ꝓ ꝫ r̄ꝓ/ batur glo. i. q. i. Quicq̄d. Et i am dic doctor subtilis q᷑ effe ctus isti9 sacr̄i sunt due gr̄e ī aīabus ꝓhentiuz: z ꝫ nisi sit ober mortalis pcti. Et ten nō sufficit ad gr̄am ꝓcipiendam q᷑ cōtrahēs nō sit fictus r̄spe ctu sacramenti. i. q᷑ nō ficte re cipe intendit. sz optet q᷑ ꝓus penituerit. qz illō sacr̄m ñ dat penitentiā. Est ergo vn9 z to talis effectus isti9 sacramēti. scilicz gratiosa coitio aioruz.

Dec doctor subtil. pro isto dicto est. c. vnicū de sacra vnctōe Ulteriꝰ ē sciendū ꝺ illis que requirunt ad mr̄imonium vt sit vex. Prio req̄rit etas debita pſonaꝝ ꝯhentiū. Fā vir debz esse. xiiij. ānoꝝ. z femīa. xij. annoꝝ. vñ sic̄ spōsalia infra septimū annū non tenent. sic mr̄imoniū etiā non tenet infra. xiiij. annū. Quantūcūqꝫ enī fuerit mr̄imoniuz de ꝓbo ꝺ p̄senti infra. xiiij. annum. nihilominꝰ nō est aliud nisi sponsalia de futuro vsqꝫ ad. xiiij. annū. Et ista pñt rū pi postqꝫ spōsi vl̄ alter illoꝝ venerit ad debitā etatē. Secūdo req̄rit ꝯsensus mutuus ꝯhentiū pſonaꝝ p ꝓba de p̄senti. Lōsēsus aūt ille ſm bonauen. in. iiij. di. xxviij. dz esse in mutuā corpis ptātē. Uerba aūt de pñti sūt ista ex pte viri. Accipio ego te ī meā vxorē. Uerba aūt mlieris sūt ista Ego te accipio ī meū virum. Et sunt ista verba necessaria qꝛ sacr̄m est res sensibil. z iō ī eo req̄rit signū exp̄ssiuū. q̄ exp̄ssio ꝯueniēti ꝰ fit p ꝓba ꝺ p̄senti. vñ z iste cōsensus p̄t bñ p alia ꝓba expediri vl̄ exp̄mi inter homines vsitata q̄ istis eq̄pollent dicēdo. Lonsentio in te tanq̄ in vxorē. Silr si p̄cessit interrogatio inter aliqs de ꝯhēdo. Si alter eoꝝ dicat volo te de cetero hr̄e in vxorē. Et illa rn̄det. Et ego te volo habere in vir̄. Ul̄ volo q̄ tu sis vxor mea. z illa. z ego habeo te p viro. Jn omnib⁹ talib⁹ ꝯtrahit matrimoniuz. Sz si diceres. volo te accipe in vxorē. vl̄ volo ī te ꝯsentire tāq̄ ī vxorē nō esset mr̄imonium. Silr si dicat vir. pmitto q̄ te nō dimittā p melioꝛi vel p peioꝛi. etiā iudicandū est p matrimonio. Jtē si post datā fidem dicāt aliq̄. bibam⁹ noie mr̄imonij z osculemur nos. wilhelm⁹ dicit q̄ nō est mr̄imoniū nisi vellēt p̄ recedere a sponsalib⁹ et ꝯhere de p̄nti. qꝛ illud dictū significat futurū matrimoniū. sed si diceres. bibamus p matrimonio ꝯcto esset mr̄imoniū. Frācisc⁹ tn̄ dicit. q̄ illa ꝓba bibam⁹ nomie mr̄imonij sunt ꝯfessio veri matrimonij. et ḡest mr̄imoniū. Jn omnib⁹ aūt istis vbi ꝓba dubia sunt. recurrenduz est ad intentionē ꝯhentiuz: z ad ꝯmunē verboꝝ vulgariū intelligentiā. vnde credo q̄ p illa ꝓba sponsi ītterrogati. scz in polonia ꝺicēdo. A. placet

tibi hꝛe Ki vxoꝛē. illo respō
dente. placet. ⁊ mlier interro/
gata rñdeat silr. cōtrabaꝫ ve/
rū matrimoniū. ar. c. ex lris.
de sponsalibꝫ. Nam ꝑ illa ꝟ/
ba omnes in polonia intelli/
gunt cōtrahi mrimoniū. Er
go si sic vicini ꝯmunit intelli
gunt debēt etiā ꝯhentibꝫ illa
verba facere eundē sensū. Nā
vt dicūt doctoꝛes ī. c. ex lris.
de sponsalibꝫ. in talibꝫ recur/
rendū est ad intellectū vicino
rū. Hoc appꝛobat Frācisc⁹
ibidez. Et dicit Hostiē. q ꝙ
uis alter nō intellexit ad lraz
vl linguā: si tn intellexit affe/
ctū vl sensum nutu vl signo
sufficit. Et nō refert an nutu
vl lingua intelligaꝫ. ar. ꝺ trās
latōe. inter coꝛpalia. xliij. dis.
si rectoꝛ. Unde si spōsus dat
anulū dicendo in theutonico
ꝑ verba de pñti. ⁊ spōsa polo
na recipit anulū: annuēdo di
cit ꝯsentire. in dicto ca. ex lris
Dicit etiā Franciscus ꝺ sara
bellis in. c. ex parte. de spōsali
bus q si dicat vir. pmitto q
te ducam ī vxoꝛē. ⁊ de cetero
tenebo te vt vxoꝛē. Si talis
contrahit cū alia ꝑ verba ꝺ p
senti adherebit scōe: ꝓpt ꝟba
illa ducā te. q sunt de futuro.
q etiā verba restringunt ꝑ se/
q̄ntia. cuz dixit. tenebo te vt
vxoꝛē. Et dicit Innocenti⁹.
q hec ꝟba ducam nō sonant
tm̄ actū: sz etiā ius. vt sit sēsus
pmitto q tūc fiam tua legiti/
ma vxoꝛ. ⁊ hoc est si sunt ꝟba
mulieris. Illa aūt ꝟba. pmit
to q tenebo te ꝑ vxoꝛe habēt
sensum. ac si dicat vir. habeo
tecum mrimoniū. vl accipio
te in meam vxoꝛē. ⁊ pmitto q
ꝺ facto tenebo te ꝑ vxoꝛe Si
autē dicat. pmitto q nūq̄z ha
bebo aliā nisi te. licz istaz non
teneaꝫ simplr accipe si nullā vx
oꝛem in vita sua vult ducere.
tn̄ si vellet ducere aliā nō ꝓt.
qꝛ de cōmūi vsu loquendi sē/
sus est. Recipiā te et nō aliaz
si vxoꝛē voluero ducere. Itē
si cōcubina dicat alicui. nolo
q me cognoscas nisi tāq̄z vx/
oꝛem: ⁊ vir taceat ⁊ ꝯgnoscat.
Dicit Johānes ꝺ lignano q
est pꝛesumptū matrimoniū.
Sed tn̄ Laspar dicit q non.
qꝛ nō exꝑssert. ⁊ etiā qꝛ tacēs
habeaꝫ ꝑ ꝯtradicēte in hoc ca
su: cū agaꝫ de obligatōe ipi⁹.
scz sꝺ ꝯditōe vl sub mō. Sꝺ
ꝯditōne fit. vt ꝯbo tecū si pri
meo placuerit: vl si inuenero
te habere centū marcas. ⁊ sic
de similibꝫ. et talis contract⁹
suspendit matrimoniuz vsq̄z

ad existentiã conditõis. i. non prius tale matrimoniũ tenebit nisi ipleat illa ꝯditio. Si tñ interi ꝓsensus de ꝑsenti vl copula carnal fuerit subsecuta tenebit mrimoniũ. eo ꝙ tales vident recessisse a ꝯditõe. vt de ꝯditõib apposit. ff. lis. c. sup eo. c. ꝑtuas. Et ff intelligendũ ẽ de ꝯditõe honesta. ql es sunt due ille supra posite. Nam si essz ꝯditio cõtra substãtiã mrimonij. vt ꝯho tecũ si nõ plificabis. vl do nec mihi aliã inueniã. vel si te exponas p questu pstituendi omnes tales nihil agunt. Si tñ qs dicat. ꝯho tecum si te ꝙginẽ iuenero. c postea seqtur coitus nec inuenit virgo. dic Bern. et Hosti. ꝙ iudicabit p matrimonio. c hoc in foro iudicij. tamẽ in foro anime ñ sic iudicabit. qz dignuz est vt mulier que mentita ẽ se eẽ virginẽ maneat decepta. c vt viro subueniat q forte vult vitare bigamiã. Sz sub mõ ꝯhit sic. do tibi tunicã vl cinguluz vl anulũ vt ꝯbas mecuz alio ḡn reuoco qđ donaui. tal ꝯtus statim tenz. Sed si non seruet modus poterit reuocari. Dicunt tñ doctores ꝙ licz posset ꝯbi mrimoniũ sub ꝯditõe: nõ tñ sub mõ. c hoc est tenendũ. Mrimoniũ tñ ex causa contractũ tenet siue causa sit vera siue falsa. vt ꝯho tecũ quia pulcra es siue diues. nisi causa esset ita falsa ꝙ ꝓtinerz in se aliquod impedimẽtũ. vt contrabo tecũ qz libera es. nã si non esset libera nõ tenz matrimoniũ c. Et sciendum etiã ꝙ si qs ꝯhit cũ aliq cuz ꝯditõe. deinde tñ anteaduentũ ꝯditõis ꝓtrahit cũ alia pure debz manere cũ scđa. etiaz si sit cõsanguinea ꝑme

De impedimẽtis mrimonij

Nunc vi

dendũ est đ impedimentis mrimonij.

n

Sunt autẽ. xij. impedimẽta q impediũt mrimoniũ ꝯbendũ c dirimũt iã ꝯctũ ꝑm Innocen. in. c. inuenis. de sponsalibz. Primũ ẽ furor. xxxij. q vij. c. neqz furiosus. vbi dic. neqz furiosus neqz furiosa ꝯhere pñt matrimoniũ. sz si ꝯctũ fuerit. s. añ furorẽ nõ separeꝝ. s. ppt furorẽ. Et rõ qz tl es ñ pñt ꝯsẽtire. si tñ habẽt lucida intualla tũc bñ pñt. vt dic glo. ibiđ. Scđm si eẽt vtroqz articlo. i. testiculo carens vel ipotẽs coire. xxxi. q. vij. Illi

Terciũ ē affinitas. vt si quis sponsaz de p̄senti ꝯsanguinei sui recepit ī vxorē: z eā ꝯgnit impedit ꝯhēdū z dirimit cō tractū. ita q̄ p̄ma restituit. sz mulier nō p̄t induci ad abstinentiā ppt̄ publice honestatz iusticiā. vt de eo q̄ ꝯgnouit cō sāguineā vxoris sue. c. discretionē. Quartū ē error in p̄sona. vt cū q̄s putās ꝯhere cuz K. ꝯhit cū vrsula Quintū est error in ꝯditōe seruili. vt si q̄s ꝯtrahit cū aliqua putās eam esse liberā cum tamē est illiberā. vt de cōiugio seruoz. c. ij. Sed q̄d dicendū est ō iacob q̄ deceptus est in p̄sona. s. qui putās rachelē cū ꝯcubitū habuit lyā. z tñ tenuit mr̄imoniū Rñsio ſm g̃tianū. xxix. q. i. c. .i. q̄ illud mr̄imoniū ñ tenuit ex p̄cedenti ꝯsensu sed subsequenti. qz post copulā carnalez ī eadē ꝯsensit de nouo. Error tamē q̄litatis nō excludit cōsensum mr̄imonij. vt si putat bonꝰ q̄ tñ est malꝰ. vt si putat virgo q̄ tñ inuenit corrupta. Sit̄ error fortune. vt si putat spōsa diues q̄ tñ ē pauꝑ. In oīb̄ istis casib̄ ñ dirimit matrimoniū ꝯctum. Sextū est votū solēne: vt sacri ordīs vl̄ p̄fessiōis. vñ si q̄s p̄fessiōe facta i religiōe vl̄ ī sacro ordine vxorē duxit dirimit̄ matrimoniū. vt q̄ clerici vl̄ vouentes. c. insinuāte. z de voto. ca. vnico. li. vi. Alia aūt vota simplicia licz impediāt ꝯhendū: nō tñ dirimūt iam ꝯctū. vñ si q̄s vouet simpliciter nō velle ducere vxorē et postea duxerit tenet mr̄imoniū. Sed ille peccat mortaliter sic ꝯhens. z nō dz petere debitū ab vxore: sed tñ tenet̄ reddere q̃n petit̄ ab eo. vt notāt doctores ī c. rursus. q̄ clerici vl̄ vouētes. de q̄b̄ vide ibi materiā istam Sz tñ si q̄s habēs votū simplex q̃rat a sacerdote an possz ꝯhere dat ꝯsiliū Hosti. q̄ p̄t dicere q̄ sic. Si aūt q̃rat vlterius an tale mr̄imoniū tenebit. debz dicere q̄ nō. alꝰ peccaret: qz daret occasionē mortaliter peccādi. Septimū si machinatꝰ est in mortē p̄oris ꝯiugis seu vxoris. vel eā ducere p̄misit. de eo q̄ duxit in mr̄imoniū q̃m polluit p adulteriū. ca. significasti. Et dicit Jo. an. ī. c. laudabilē. ō ꝯuer. infideliū. q̄ q̃n machinatio ē ab vtroq̄. s. a viro z a mlīere ī mortē mariti tūc sufficit ad dirimendū matrimoniū sine adulterio. Q̃n vo machinatō

est ab altero tm̃. tũc ñ sufficit sine adulterio. vt ꝺ diuortijs c.i.et istꝺ impmẽdũ est menti qz raro iste pũctꝰ bñ intelligit Octauũ si ẽ alteriꝰ cultus. vt saracenꝰ vl̃ iudeus .xxviij.q. .i.caue. Nonum si ꝙ vim coactus est ꝯhere. vt de spõsalibꝫ cũ locum. Et itellige ꝺ vi vel metu q̃ cadit in ꝯstãtẽ viꝝ. vt dicit glo.i.ibidem.que etiam dicit ꝙ minoꝝ metus excusat feminã q̃ viruꝝ. qꝺ silr nota. Decimũ ẽ sacer ordo. vt q̃ clerici vl̃ vouentes.c.i.ꝛ ꝺ voto c.vno.li.vi. Undecimũ si ẽ alteri nupta. ꝺ sponsa duoꝝ:c. ij. Duodecimũ ẽ publice honestatis iusticia. de spõsalibꝫ c.iuuenis.et.c. ad audientiaꝫ Sũt alia duo impedimta q̃ impediũt ꝛ nõ dirimũt.s.tps feriaꝝ. vt de ferijs.c. capellanus. Et interdictũ eccl̃ie. vt de desponsatiõe impubeꝝ. c. ad dissoluẽdũ. De oĩbꝫ istꝭ dãtur ꝟsus ꝙ Jo.an.i sũ. q̃rti sb hac forma. Error ꝯditio votũ cognatio crimẽ. Cultꝰ disparitas vis ordo ligamẽ honestas. Si sis affinis vl̃ si eo ire neqbis. Hec sociãda vetãt ꝓnubia iũcta retractãt. Et ꝺ vltimis duobꝫ dant ꝟsus. Ecclesie vetitũ necnõ tps feriaꝝ

Impediunt fieri: ꝓmittũt facta teneri.

De cautel' huiꝰ sacramẽti.

C primo

e caueat vir ne volẽs a muliere extorq̃re carnalẽ ꝓmixtionez fingat se eã ducere velle nõ habẽs tñ ĩ tentõem et ꝓpositũ eã ducẽdi Nã tal' si eã nõ ducat ꝑiter peccat. licz in foro penitẽtiali nõ iudicat' ꝓ mr̃imonio Et licet ml'ier q̃ simplici anĩo sibi ꝯsentit a peccato excusat. tamẽ deceptor tal' si vult verã penitẽtiã agere necesse hz eã sine fictõe ducere q̃ tũ in eo ẽ vl' dare sibi virũ ꝯuenientem vl' aliter satisfacere. Et ħ fm tho. Et ħ si vir est eq̃lis ꝯditionis cũ illa. Nam si vir esset melioris ꝯditõis. puta nobil' ꝛ ml'ier rustica vl' ribalda ꝑt ꝓbabiliter ꝑsumi ꝙ ñ fuit decepta sed se ꝺcipi finxit. ꝛ tũc in tali casu si ille nõ aĩo ducẽdi cohabitauit cũ ea nõ tenet eam ducere: nec ei satisfacere: vt dicũt doctoꝛes Secundo caueat ne quis spõsam suam contractis spõsalibꝫ ante q̃ solẽnitates mr̃imonij fiãt. scz anteq̃ in facie eccl'ie copulant' audeat ꝯgscere. naz talis

peccat ſm wilhelmū. Et h̄ intellige in illis ꝓtib⁹ vbi ꝑme nuptie bñdicunt. Uñ cū isti nō sunt ⁊gines nec alter illorū. post illā occultā ꝯmixtionē si accipiūt bñdictōez quaz soli ⁊gines vl̄ alter ipoꝛ accipe ꝯsueuit: peccāt. cū scōe nuptie nō sūt bñdicēde. si tñ nō esset ꝯsuetudo i aliq⁹ ꝓtibus ꝑmas nuptias bñdicēdi. sicē in polonia credo q̄ sponsus cognoscēs sponsam anīo ꝯsū mādi matrimoniū añq̄ in facie eccl̄ie copulent nō peccēt nisi veniaꝛ. hec Tho. in. iiij. sñiaꝝ. di. xxviij Tercio caueat vir ne cū illa ꝯbat ꝑ ⁊ba de p̄senti cuz qua alter ꝯxit ꝑ ⁊ba ō futuro ⁊ copula carnali ꝯsūmauit. qꝛ nec vez nᶜ aliq̄ō censet matrimoniū quod postmodū de facto ē subsecutū. vt ō spōsalib⁹. is q̄ Quarto caueāt ꝓntes ne ꝯbant ꝑ filios aut ꝑ filiab⁹ spōsalia vl̄ mr̄imoniū cū additōne pene. nā taꝝ adiectio pene nō valet de iure. vt ōꝛ i. c. gēma. ō spō. eo q̄ mr̄imonia debēt eē libera. Et h̄ ē ꝯ nostrates q̄ stipulāt penas nisi ipleāt filij eoꝝ volūtatē. Dic̄ tñ Frāciscꝰ de zarabell̄. Joh. andree. Uincētius ⁊ abbas in dicto c. gemma. et archiō. xxx. q. vj. c. vno. q̄ bñ p̄nt stipulari vl̄ dari pignoꝛa int ꝯbētes. sz nō pene. Rō qꝛ pena solū ꝑmittit. arre ⁊o dant. faciliozes autē sumus ad ꝑmittēdū q̄ ad dandū. Jtē arre fiūt i modica q̄ntitate. pene ⁊o in magna. ⁊ iō timoꝛe magne q̄ntitatis posset q̄s ꝯpelli ad mr̄imoniū Uincentius tñ dicit q̄ si sint extra nei oīno q̄ ñ habēt ꝯbētes ꝑsonas in sua ptāte. isti p̄nt stipulare penas inter se. ⁊ ꝑdunt eas: vl̄ acq̄ūt si spōsi nō stāt in eoꝝ ꝑmissionib⁹. Jnt ⁊o pentes vl̄ alios q̄ habēt sponsos in ptāte nō bz hic locū ō pignoꝛib⁹. Etiam teneaſ q̄ sl dat pignꝰ loco arre tūc tenet. si autē ꝑ pena tunc nō. Jtē si dat ꝑ ꝯuētionē nō tenet. si autē ꝑ traditōem tenet. Hoc autem ōꝛ ſm Jacobū de arra q̄ ratio pignoꝛis tenet si tradit. secus si cōstituit tm̄. qꝛ qñ cōstituit tm̄: tūc cedit loco arre. sed si ꝯstituit cedit loco pene

Quinto caueant ꝓtraben tes ne in cognatōe carnali spirituali vel legali contrahant. Nam ꝓhibent contrahere consanguinei vsq̄ ad quartū gradū inclusiue in collateralibus. in ascendentib⁹ autē ⁊ in

descendentibꝫ ꝑpetuo. Jn cognatõe aũt spũali phibẽt biscz baptizatꝰ z leuãs. Baptizatꝰ z filij leuãtis. Jtẽ baptizatus z pũx leuãtis ꝑus ꝓgnita. Jtẽ leuãs z pentes leuati. Et eodẽ mõ dico de baptizato et baptizãte. Silr intr confirmatũ et tenẽtẽ: z inter confirmãtem z confirmatũ. Jn alijs aũt sacramẽtis nõ ꝓtrahit talr cognatio. scz in penitẽtia. qr penitentia nõ est sacramẽtũ collatũ ꝑ modũ generatõis sz sanatõis. ideo ꝑ ipm nõ ꝓbitur spũalis cognatio. alꝫ enĩ filiꝰ ꝑsbiteri nõ posset inuenire vxorẽ in tota parochia. ꝟm tho. in. iiij. sententiarꝫ. dist. xxij. q. i. ar. ij. licet inter sacerdotes z ꝓfitentẽ contrahit fedus. nõ tñ deriuat ad alios eorũz cognatio. tamẽ cathecismꝰ licet impedit contrahẽdum: nõ tñ dirimit cõtractũ. vt de cognatione spũali ꝑ cathecismũ. li. vi. Jtem cognatio legalis impedit vsqꝫ ad emãcipatõnez. Est aũt cognatio legalis illa qñ ꝙs adoptat in filiũ aliquẽ extraneuz corã iudice. z dico coraz iudice qr alꝫ facta in ꝑuato nihil valet ꝟm Hosti. ō cognatiõe legali. ca. vnico ꝛc. Et qr ista cognatio apō nos hodie nõ viget: ideo de ipa supsedeo. Sexto caueat vir ne dimittat vxorẽ suã propr quãcũqꝫ causam: nisi ppr fornicationẽ. vt ōr in glo. c. i. ql. i. uit. de diuortijs. Et intellige tã de fornicatõe carnali qꝫ etiam spũali. sicẽ est idolatria vel beresis. Silr si mortem viro machinat. Jn istis tñ casibꝫ nõ ducet aliã qꝫdiu viuit quã dimisit. xxxij. q. iiij. oẽs causatões. Ratio qr licet q ad cõiugalẽ thorꝝ sit diuisio z diuortiũ: nõ tñ quo ad vinculũ qō est indissolubile z ꝑpetuum. Ex hoc patz qꝺ mlier a viro ñ sepatur ꝑ furto vl ꝑ alio crimine: vel ꝑ alio impedimẽto. vt ōr in. c. q siuit. de diuortijs. nec etiã ꝑ aliq defectu corpali. s. ꝑ surditate: cecitate: ꝑ fetore oris ꝛc. Et intellige etiã qꝺ qntũcunqꝫ esset notoriũ crimen fornicatõis in vxore. nõ ꝑt vir sine iudicio ecclie ꝑpa autoritate eam dimittere: liczꝫ bñ ꝑt debitũ sibi in ꝑuato denegare. Archi. i. c. porro. z. c. significasti. de adulterijs. Jn hoc tamen casu qñ alter fornicatur spũaliter. s. si labat in heresim nõ ꝑt is q remanet i fide aliam ducere illa viuente heretica. Secus si aliquis

infidelis vel pagan⁹ ꝓuertit. cui⁹ vxor nō vult ꝓuerti vel nō vult cohabitare sine ꝓtumelia creatoris. qz talis ꝑt cōtrahere etiā viuente tali vxore. vt de diuor. c. v. Septimo caueat vir ne vxorē i adl'terio deꝑhēsaz inficiat. quia licz fm leges ciuiles nō puniatur talis occisor aliq pena. tñ fm ius diuinū punit. xxxiij. q. ij. inc hec. vbi exꝑsse phibetur tale vxoricidiū. Debz enī eā potiꝰ corrigere z sibi recōciliare. cū de⁹ pat⁹ sit accipe ipius pniam. exēplo mlieris adultere Joh. viij. vt dic̄ bonauētura in. iiij. dist. xxiij. q. i. et Tho. q. i. Qui etiā addit q occidens vxorē ꝑpt adulteriū vel odiū. ex statuto eccl'ie ꝓtrahere cū alia nō debet. et maxime si occidat eā vt ꝓtrahat cū alia. secꝰ est si nō eo aīo qz tūc licz nō debeat ꝓhere. si tñ ꝓhit tenz Octauo ne alid̄s habens aliquē sacz ordinē ꝓtrahat matrimoniuz. qz tale matrimoniū non tenz. vt de voto. c. vno. li. vi. Similiter ecōuerso caueat ne contrahens p verba de ꝓsenti cū aliqua sacrū ordinē accipiat. qz talis debz restitui vxori. z si ꝑt esse sine scandalo vxorꝭ debet deferre habitū z coronaz clericalē. Nec potest ꝓtrahere post mortē illi⁹ vxoris. et si ꝓtraxerit nō tenz matrimoniū fm Innocē. Nec etiā p⁹ mortē vxoris poterit i suscepto ordine ministrare. vt i extrauaganti Johis pape vicesimisecundi. que incipit. Antique. Talis enī restitut⁹ vxori tenebit reddere debitū. sed non poterit petere. Nono caueant ꝓiuges ne post bñdictionē acceptā ꝑma nocte cōmisceant. vt. xxxij. di. spōsus. Alibi etiā dicit q biduo vel triduo debent cōtinere. vt in xxx. q. v. aliter. Sed hoc ē cōsilium nō ꝑceptū. z iō ne quis obliget sub ꝑcepto spōsos ad talia h̄ pono ꝓ auisamēto. qz multi faciūt indiscrete cōscientiā de talib⁹ ipis ꝓiugibus ꝑ modū ꝑcepti. qđ fieri non debet. sed ꝑ modū ꝓsilij tm̄ z c̄. Decimo caueat vir vel femina ne sine parētū ꝓsilio vel ꝓsensu nubat. qz dicit Ambro. i li. de pr̄iarchis. Hō est virginalis pudoris eligere maritū. Unde z euaristus papa dicit. quia aliter nō est legitimū coniugiū nisi a parētibus tradatur. Et euripidion i ꝑsona cuiusdā fem̄e legit.

dixisse. Sponsaliū meoꝝ pa
ter meꝰ curā subīt. maritum
eligere nō est meū. Hec oīa
habent. xxxij. q. ij. Non ois
.§. Cum ergo dicit. et. §. ho/
norātur. Si tamen fecerit te
net matrimoniū. qz hoc solū
est de honestate ⁊ nō de neces/
sitate. maxime si habz annos
legitimos. scz vir. xiiij. ⁊ fēa
xij. Dicunt tñ leges q femīa
post. xxv. inuitis parētibꝰ nu
bit. et vez est. Undecimo
caueat sacerdos ne clādestine
aliquos copulet. hoc est ne p
termissis bānis in eccl'ia ali/
quos ītroducat siue copulet
Nam talis sacerdos suspēdi
tur p trienniū. vt notat ō clā
destina desponsatōe. c. Cū in
hibitio. Duodecimo caue
at sacerdos ne benedicat secū
das nuptias. qz irregularita
tē incurreret. p̄t tamen p ep̄m
sup eo dispēsari. vt in extra/
uaganti iohis .xxij. q̄ incipit
concertatōni. Tredecimo
caueat vir ne sp exigat vl' red
dat ō debitū vxori. qz h̄ p̄ceptū
ō redditōe debiti cū affirma
tōne nō obligat nisi p loco ⁊
tpe ꝯm Joh. parisien. Quia
obligat sp sz non ad sp nec p
sp. sed qñ p̄t esse debite circū
stātionatꝰ ꝯm doctorē subti/
lem in. iiij. di. xxiiij. qz fortio
ri vinculo obligat ad nō red
dendū. vt in h̄ casu. qz tenet
nō occidere fetū in vtero pre
gnātis. vel nō esse causa abor
sus. Similit si redditio debi
ti vergit i detrimentū sanita/
tis nō tenet reddere. qz tenet
potiꝰ ppriā incolumitatez q̄ꝫ
istud detrimentū vitare i cō/
iuge. Silz nō tenet satisface/
re volūtati mlieris tpe mēstrui
ne ples nascat lepr̄osa. q̄ alīs
p̄t p̄crearī sana. ⁊ etiā qz talis
coitus inducit ppetuā sterili
tatē in mliere ꝯm Augus. pro
pter ꝯmixtionē semīs cū san
guine. vñ si ꝯtingeret nasci fe
tū fit lepr̄osus scabiosus ce/
cutiens: vl' interdū caducus.
vl' obsessioni demonuz tanq̄ꝫ
vas immūde ꝯpositū aptus.
Et ideo in lege mosayca ac/
cedens ad menstruatā mor/
te moriebat. que mors nō in
fligebat nisi p mortali. Et si
ōz. tñ lepr̄oso viro tenet mlier
reddere debitū. licz non tenet
secū cohabitare. vbi tñ certis
simū est q̄ ples nascet lepr̄osa
ergo simile est in menstruata.
Respōdeo ꝯm doctorē subti/
lem vbi supra. qz in mēstruo
ōt expectari tpus cōgruū vt
nascat ples sana. in lepra. ꝙo

non. vnde melius est q̄ nascat lepr̄osa vl̄ aliq̄lis q̄ oīno nulla. q̄r melius est sic esse q̄ non esse. Uerūtn̄ dicit Tho. vbi supr̄a. q. ij. ar. ij. Si est fluxꝰ innaturalis ꝛ diuturnus p̄ot vir ad talem accedere. q̄r alꝫ oporteret viq̄ ꝑpetualit̄ abstinere. Dicit etiā q̄ mlier menstruata p̄ot reddere debitum viro petenti. debz tn̄ eū auertere p̄cibus vt sufferat. nō tn̄ ita efficaciter debet auertere q̄ possit esse occasio sibi incidendi in aliq̄s pessimas corr̄uptiones sicut ad id ꝓnus creditur. Si autē credit q̄ petit ignorāter. debz mlier aliquā occasionē p̄tendere vel infirmitatez allegare ne debitum reddat. nisi piculū viro timeatur. Dicit aūt Tho. q̄ accedens ad p̄gnatā nō semp̄ peccat mortaliter nisi timeat̄ abors̄us. Dicit etiā ipe q̄ si tunc vir p̄ter cōsuetudinē ꝛ modū a natura institutū quantū ad sitū exigit debitum a ꝓinge. puta a parte posteriori vl̄ ad latus nō semp̄ est pctm̄ mortale: sz q̄nq̄ p̄t esse sine pctō. dimittere autē ꝑpriū vas sp̄ est peccatū mortale ꝛ sodomiticū. quia hoc est cōtra naturā cōiugij. Hec sctūs Tho.

De expositōne misse

Hoc facite

b in meam cōmemorr̄atōnem. Luce. xxij. d conse. dist. ij. iterat̄. Quia ꝑm beatū Tho. in tercia ꝑte sume sue. q. lxxxiij. ar. iiij. mysteriū nostre salutis totū comp̄henditur in sacramēto eucharistie. ideo tale sacramentū p̄ ceteris agit̄ cum maiori solēnitate. Que q̄dem solēnitas in misse officio cōsistit. vbi recolitur singularis mēorr̄ia dominice passionis. iuxta quod ipe iturus ad passionē fieri p̄cepit dicens. hoc facite ī meā ꝓmemorr̄atiōnē. glo. id ē ī memorr̄iā mortis mee. Et q̄r singule partes misse inenarrabilē dulcedinem redūdāt diuinorū mysteriorr̄. designāt enim gesta facta ꝛ opa christi: qui opatus est salutē in medio terre. et p̄cipue circa mysterium sue passiōis resurrectōnis et ascensiōis. iō de singul̄ particulis hui⁹ sacri officij breuit̄ intendam⁹ Circa q̄d sciendum q̄ missa dicit̄ ꝑmo a mittendo. q̄r angeli ibi mittunt̄: vt dicit Grego. de cōse. di. ij. q̄ si sanguis. Scdo rōne filij qui ibi mittitur a deo patre.

Expositio prime

Tercio rõne nr̃i q̃ mittimus vota nr̃a ad deũ p̄ sacerdotẽ. vt nobis de⁹ mittat bñdictõnem ⁊ gr̃am. Quarto rõe. s. cathecumiõr̄. q̃ vt dic̃ Hugo antiq̃t⁹ admittebañt vsq̄ ad offertoriũ. ⁊ ab offertorio foras mittebãt. Cathecumini autẽ erant nouiter credentes nõdũ baptizati. Habz autez multa noia istud officiũ misse seu sacr̃m. Dicit enĩ missa ꝓpter rões p̄dictas. Itẽ dicitur eucharistia ab eu q̄ ẽ bonũ: ⁊ charis gr̃a. q̃si bona gr̃a Dicit hostia ab hostiby vincẽdis. qz p̄ eaz nr̃i hostes vincũtur. Immolatio dz ꝑm Isid. vi. ethimo. ab in ⁊ moles. qz in mole. i. in cumulo altar̄ sacrificat. Cõmunio dz. qz esca est omniũ fideliũ. Juxta illd Omnes d̄ vno pane ⁊ d̄ vno calice p̄cipam⁹. Dicit viaticus: qz dat in hac via p̄sentis vite ad sustentatõez. Dicit sacrificiũ q̃si sacz facies. quia mystica p̄ce cõsecratur. ī psal. Immola deo sacrificiuz laudis ⁊c. Dicitur etiã actio ꝑm Leonẽ papã. quia hic quasi in quodã iudicio agim⁹. Hã locus est ecclesia. iudex deus. actor diabol⁹. reus popul⁹. Pscientia testis. sacerdos defensor. Sic dicit Aug⁹ de se in oratõe q̃dam. Sũme sacerdos q̃ me inter te et meũ populũ esse voluisti ⁊c. Secũdo videndũ ẽ quis instituit missam. Rñdeo q̄ Petrus Jacoby ⁊ Basili⁹ cesarienses ep̄s. De petro dz in cronicis q̄ primus antiochie p̄mã missam celebrauit sub triby oroibus. vt dicit Hugo d̄ sancto victore. libro. ij. de sacramẽtz c. viij. De Jacobo ⁊ Basilio habet de cõse. di. ij. Jacobus Dicit autẽ Archid. in dicto c. Jacobus. q̄ iacobus instituit dicere secretã. Basilius autẽ alia addidit Pro quo sciendũ q̄ missa quondã non cum tanto apparatu nec cuz tanta solẽnitate dicebat. Primo enim ab aplis dicebãtur tm̃ illa verba ī celebratõe misse que domin⁹ dixit. Hoc est enĩ corpus meum. sed postea apostoli addiderũt dominicã orationẽ. Et adhuc etiã apostolorum cõsuetudo p̄sentat singulis annis sancto die veneris. excepto q̄ illo die non consecratur. Postea apostoli vel eorum successores instituerunt q̄ epistola ⁊ euangeliũ legeretur ante sacrificiũ. Primo autẽ legebat epla Scõ

euãgeliũ. Tercio dñica orõ. Quarto dicebãt ℣ba dñi. et tũc offertoriũ inchoabat a lectore. q̃ mos sabbato sancto pẽthecostes adhuc seruatur. Postea vero sctĩ pres ⁊ apli illas solẽnitates q̃ nũc sunt i missa addiderũt. vt Alexãder. Belasi⁹ Brego. Leo Celestinus Damasus ⁊c. Canonez autẽ dicit Brego. fuisse ꝓpositũ a q̃dã scolastico. Apli ci tñ ibi mkta addiderũt. sicut ifra patebit i suis locis de q̃libet istoz specialit. Tercio videndũ est de ꝓparatõe sacerdotis. Et qr sacerdos est q̃si pugil qui dimicare habz cũ diabolo ꝓ delictis ppli in missa. ió armat se ꝑmo orõibus. secũdo vestibꝫ sacris. tercio cerimoniis debitis. Prio igit dic̃ ps. Quã dilecta. Bñdixisti. Inclina. Credidi. et De pfũdis Et h̃ q̃ntũ ad illos q̃ dicunt officiũ romanũ qđ Lin⁹ instituit. Dicunt aũt isti quĩq̃ psalmi fm Innocen. ppt trãsgressionẽ q̃nq̃ sensuũ. Et etiam qr in q̃libet eoz fit ꝓmẽo ratio de his q̃ spectãt ad illđ sacrm ⁊ ad remissionẽ pctõz In ꝑmo dr de altaribꝫ. Altaria tua dñe ℣tutũ. In scđo đ missa dei: ibi. Oñde nobis dñe ⁊c. In tercio đ orõe. ibi. veniẽt ad te ⁊ adorabũt coram te. In q̃rto đ oblatõe. ibi. calicẽ salu. ac. ⁊c. In q̃nto de finali redemptiõe. ibi. Dr apđ dñm miscõia ⁊c. Scđo sacerdos ornat se pectẽdo pilos et purgãdo euulsos. ꝓ qđ designatur cogitatõnũ malaꝝ mũdatio. Tercõ lauat manꝰ. iuxta illđ Isa. Lauami ⁊ mđi este te. Quarto induit sacrs vestibus Circa qđ sciẽdũ q̃ aliter induit epus q̃z simplex sacerdos. Nã eps fm Joh. beleth ꝑmo induit sandales vl sotulares. qđ đsignt ocreas pugilloz. Ipe enĩ tũc dz pugnare cũ diabolo. vñ accipit spũ alia arma. Alba ꝓ lorica operit. cingulũ ꝓ arcu. subcingulũ ꝓ pharetra. ⁊ dicit subcingulũ quo stola ligat. Stola circũdat collũ. q̃si basta ꝺ hostẽ vibret. Manipulo proclamat. Casula q̃si clipeo ptegitur. Libro ꝓ gladio vtit. Dextra quam galea caput ptegit. Sed simplex sacerdos ꝑmo habz calceos sine q̃bus null⁹ dz celebrare. etiã q̃ hz ex voto ꝓfessionis incedere discalciatus fm Bern. de parãtinis Et hoc significat hũanitatẽ christi. quã Johes baptista

calceñ appellauit. vñ i signū despōsatōis christi ꝛ ecclesie incedimus discalciati. Et de mū sacerdos ponit humerale. qđ designat velamē christi qđ habuit cum sibi dicebat velato capite. ꝓphetisa nobis christe. Alba sigt vestimētuz q̄ herodes illusit christū. Luce. xxiij. Cingulū significat flagellū q̄ cesus ē circa colūnaz. Joh. xix. Manipulus funē quo ligatus fuit. Joh. xviij. Cōphēderūt ꝛ ligauerūt euz. Stola significat ligamē q̄ ligatus fuit ad colūnā. Casula significat purpureū vestimētū. Ista spūalr significāt virtutes in sacerdote. Hā hūerale significat fidē quā apls appellat galeam. Eph. vi. Alba spem que totū ꝓtegit. Rom. viij. Spe salui sumꝰ Cingulus iusticiā Isa. xi. Erit iusticia cingulū lumboꝝ eiꝰ. Manipulus significat fortitudinem ꝓtra ipedimentū diaboli. Stola ab vtroq̄ humero significat prudētiā ꝛ tpantiā Casula q̄ totū opit significat charitatē. Habet ꝙ sacerdos simplex sex indumēta. qr habet sex officia. s. baptizare. ꝓficare. cathecisare. ligare. absoluere ꝛ ꝓsecrare. Eps vero habz nouē. s. caligas. sandalia. succictoriū. mitrā. dalmaticā. tunicā. cirothecas. anulum ꝛ baculū. qr epus habet plura officia q̄ sacerdos. scz virgīes ꝓsecrare. ecclias dedicare: clericos ordiare: synodū celebrare. chrisma ꝓficere. vestes: vasa ꝛ alia sacra eccle ornamēta ꝓsecrare: ꝛ ꝓfirmare. Consecratōem autē vestimē toꝝ ꝑdictoꝝ Stephanꝰ istituit āno dñi. cclvij. Deīde sacerdos accedens altare dicit. Auferꝛ a nob dñe cūctas iniq̄tates nr̄as ꝛc. signādo se ī facie. ꝙ qđ petit oia ipedimēta a se auferri seu remoueri. Tā dē osculat reliq̄as ī medio altaris dicēs. Oro te dñe ꝙ merita oīm sctōꝝ tuoꝝ: ꝛ eoꝝ q̄rum hic ossa recōdita sūt: vt eoꝝ ītercessiōe nobis dignerꝭ indulgere vniuersa ꝺlicta nostra. ꝙ qđ petit sctōꝝ suffragium q̄si ex se sit indignꝰ. Deinde osculat libꝝ dicēs. Dignꝰ sim dñe accipe libꝝ et apire signacula eiꝰ. qm̄ occisus es ꝙ nobis ꝛ r̄demisti nos deo in sāguine tuo. Osculū illū qđ facit in medio altaris significat iudaicū populū Euangeliū ꝺo gentilē q̄ ꝙ euangeliuz credidit. Uñ qr christꝰ vtrū

ꝑ ppl'o veniẽs in mundũ dedit pacẽ. iõ vtrũq; osculatur Qz autẽ prius sacerdos accedit ad dextꝝ cornu altaris significat q; prius christꝰ p̃dicauit iudeis. deinde gentib⁹.

His expeditꝫ vidẽdũ ẽ de ipo officio. qđ hz sex ptes. q̃ꝝ ꝓma vocaꝝ p̃patõ ⁊ durat ad epl'az. Scđa instructio. ⁊ durat ad offertoriũ. Tercia oblatõ: ⁊ durat ad p̃fatõz. Quarta ꝯsecratio. ⁊ durat vsq; ad orem⁹ p̃ceptis. Quĩta sacrĩ p̃ceptio. ⁊ durat vsq; ad ꝯmũionem. Sexta gr̃aꝝ actio: et durat vsq; ad finem.

De prima parte misse.

T quia populus debet ꝓmo venire cũ mentis deuotione ad eccl'iam. ideo missa ꝓmo incipiꝫ ab introitu. Pro quo sciendũ q; olim missa inchoabaꝫ a lectõibus sicut adhuc fit in sabbato pasce ⁊ pẽthecostes. Unde Celestinus primus natõe romanus Anno dñi. ccccxxvij. instituit vt ab ĩtroitu inciꝑet. Post quez Gregorius primus anno domini. cccccix. cantualẽ introitũ ꝯposuit. ⁊ significat desiderĩũ sctõꝝ patꝝ q̃ incarnatõez christi desiderabãt clamãtes deuote. Emitte agnũ dominẽ dñatorẽ terre ⁊c̃. Et iterum. Utinaz dirũpes celos. Per celuz autẽ designaꝫ desideriũ numerositaꝫ. q; diuersi diuersimode clamabãt. Iõ aũt vt ꝯmũiter introit⁹ sumitur de psalmis. q; olim cãtabanꝫ in ꝓncipio misse. cl. psalmi. sed q; tediosuz ppl'o erat. iõ Pelagi⁹ statuit vt solũ aliq̃d de ipis sumereꝫ. s. ĩtroit⁹ cũ ℣su Aliq̃ tñ scti hñt spẽales ĩtroitus ĩ suis festis ꝑ ꝓ reuerentiã eoꝝ. Addiꝫ etiã gl'ia patri q; licz sol⁹ filius sit incarnat⁹. tñ tota trinitas opata ẽ incarnatõem. qđ damascen⁹ papa instituit. Obmittiꝫ tñ ĩ missa defunctoꝝ. q; illi nõ sunt in statu gl'ie sed pene. Simile ĩ dñica passiõis dñi. q; tũc nõ recoliꝫ gl'ia sz ꝯfusio ĩ psona filij dei facta Resumiꝫ aũt introitus iõ. q; tã p̃cedẽtes q̃ꝝ seq̃ntes scti ĩ fide x̃pi sũt concordes. vñ ⁊ q̃ p̃cedebãt et q̃ seq̃bantur clamabãt osanna.

Sciendũ aũt q; sacerdos debz ꝓmo egredi de sacristia q̃ñ introitus inchoaꝫ. Sigt aũt egressus ille christi egressũ de vtero ℣gis glorioſe. de quo processit tanq̃ sponsus

Expositio prime

de thalamo suo Scdo populꝰ dz venire cū mētis hūilitate. qđ designat Kyrie eleyson. qđ etiā Grego. papa cantare nonies istituit. Et ē grecū significās tm̄ sic dne miserere. Fit aūt i greco vt inuakt christi titulꝰ scptus fuisse grece hebrayce z latine. vñ osanna et sabaoth hebrayca sunt. reliq̄ vo latina. vel vt ois lingua confiteakt christi passiões Et fit nonies vt ad nouē ordinū angelox ꝯtēplatões posſim̄ ꝓuenire. Triplicakt autē ad laudē trinitatſ. Et r̄cte sequkt post introitū. Introitus enī significat aduētū christi i carnē. Kyrieleyson vo ī mentē. qđ signakt ꝓ ꝑ qđ dr Miserere nobis. Tercio dz populꝰ venire cū mētis erectõe qđ sigt cātus angelox. ſ. gl'ia in excelsis deo. Et recte seqkt post illa duo ad significāduz qꝙ hō ad aduētū christi in carne z mēte debz gaudere gaudio spūali z vocali exp̄mere. Et ꝓmo icipikt a sacerdote. secūdo a choro ꝯplekt. ꝑ qđ dsignakt qꝙ ꝓmo vnꝰ chorꝰ. i. vnꝰ angelꝰ ī natiuitate dñi icepit istū hymnū. post ꝑ alij multi ip̄m ꝓseq̄bankt. vt dicit Lu. ij Et qz iste hymnꝰ dictus ē ad laudē dei in natiuitate q̄ ē mediatoz dei et hominū. iō ī medio altaris dicit. vl qz in media nocte natus ē. Et qz etiā iste hymnus ī ortu christi in mūdū dictꝰ est. iō facie versa ad orientez ipe incipit. Et qz istđ cāticū ē leticie. iō ī aduētu nō canit. qz scti pres nō in re sz in spe habuerūt ꝓmiuz. Spes autē que differt affligit animā. Prouer. xiij. Similit ī. xl. z. lxx. vbi r̄colit lapsus ꝓmi hois flebit: nō dr. Unde nouē septimanis tacetur ꝓpt nouē chorox angelorū consortū ꝓuationē. Itē in die innocentū nō cantat. qz fuerūt nō ī gl'iaz sz ī vituperiuz christi occisi. Generalit tn̄ dr iste hymnus qn̄ dr. Te deuz laudamus. excepto sabbato pasce z cena dñi ꝓpt spēales rões. In cena autē dñi n̄ dicitur nisi ab epo. Sed sabbato pasce ab omnib. qz illa missa est qđāmodo diei seq̄ntis. scz resurrectõis christi. vñ in nocte deberet celebrari. de ꝯse. di. ij. nocte. Deinde sacerdos vtit se ad populū dicēs. Dñs vobiscū. qđ valet tm̄. i. dominꝰ tribuat pctõrib affectū z volūtatē bonā. Sed eps dicit. pax vobis. quia ē vicariꝰ

christi. q̄ dixit apl'is suis p⁹ resurrectõem suã. pax vobis. q̄si diceret. ī pśenti deꝫ vobis pax pectoris. ⁊ ī futuro pax etnitatis. et chor⁹ respondet. Et cũ spũ tuo. i. dñs q̄ est in corde tuo sit etiã nobiscuz in corde nr̃o. Et hoc verbũ Dominꝰ vobiscũ sumptũ est ꝺ libro Ruth. c. ij. Sic enī legiꝫ booz salutasse messores suos. ⁊ ꝓpheta ī Paralip. asa regẽ ⁊ q̄ cũ eo erãt. ⁊ angelus salutãs gedeonẽ dixit. dñs tecuz Sed hoc verbũ. ⁊ cũ spũ tuo sũptũ ẽ ab apostolo ad Thimotheũ vl'. Sciẽdũ tñ q̄ sacerdos ꝑtit se in missa q̄nq̄es ad designandũ q̄ christus post resurrectõez suã ipo die resurrectõnis q̄nquies apparuit suis electis. Prio marie magdalene. secũdo mulieribꝫ tercio petro. quarto duobus discipulis in emaus euntibꝫ. quinto omnibꝫ discipulis absente thoma Et q⁹ ppl's ꝓuenit ad orandũ cũ intentõe īpetrãdi. ideo statim seq̄t collecta. Uñ dicit sacerdos. oremus. significans illud quod christꝰ dixit apl'is. Orate ne intretis ī tẽptatõez. p qꝺ etiaz reddit se indignũ. vñ q̄si conuocãs ad se fideles dicit. oremus. i. omnes orate. vt quod petim⁹ facili⁹ impetrem⁹. Et tũc dicit collecta seu orõ que designat q̄ christꝰ dãs nobis exemplũ orauit. Et dicit collecta. q⁹ fit sup ppl'z collectũ. vel q⁹ in ea colligit ppl'i orõ seu deꝑcatio. Et fit ī dextera parte altaris. p quã designꝫ bona eterna et spũalia q̄ ꝑmo sunt petenda. iuxta illꝺ. Primũ querite regnũ dei. Fit etiam versus orientẽ iuxta Damascenũ. li. iiij. c. xi. vt paradisum affectare mõstrarem⁹. que est in partibꝫ orietis. Secũdo vt christũ crucifixũ qui versus orientẽ stans in cruce respiciebat attendam⁹. Tercio vt ipm iudicẽ inde venturũ significem⁹. Quãdoq̄ autẽ dicit vna orõ rõne solẽnitatis. Aliq̄ñ due vel tres vsq̄ ad septenariuz et nõ vltra. q⁹ ꝯm Innocen. dñs septẽ petitiõibus docuit orare Et etiã q⁹ vltra. in tediuz verteret. de conse. di. ij. cũ omnia. Uñ autẽ ponũt pluzes collecte tũc ꝑmo ponãt due. postea tres. vl' ꝑmo vna ⁊ postmodũ due ita q̄ maioz numerus seq̄tur. Et sp̄ fiat ī numero ipari. q⁹ pśone diuie sunt ipares ī numero. Et dirigunt oẽs orões

Expositio secũde

pñi ⁊ filio ⁊ ñ spũisctõ. qz cuz ipe sit donũ a dono non petit donũ. ſm Bern̄. de parãtinis De mõ autez ꝯcludendi collectas dant ꝙlus. Per dñm dicas cũ pfez psbit oras. Cum ꝓpm memores p eũdẽ dicere debes. Cũ christo loqrs. p eũ dẽ dicere qras. Qui tecum si sit collecta finis ī illo. Si spiritꝰ almꝰ eiusdẽ dicere debes Hoc ẽ. vbicũqꝫ ad deũ pfez dirigit oro. ⁊ nõ ẽ mẽtio de filio dicat p dñm ⁊c. Si autez ibi ẽ mẽtio filij dicat p eũdẽ dñm ⁊c. Si aũt ibi ẽ mentio de spũsctõ dicat p dñm ⁊c. q̃ tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdẽ spũssti deꝰ p oĩa secula seculoꝝ amẽ. i. p oĩa pñtia ⁊ futura. Nullꝰ aũt dz sibi facere nouas collectas que ñ sũt ab ecclia ꝓbate. qz hꝰ ꝓhibuit ꝯciliũ affricanũ. cui intẽfuit Augꝰ. Sciẽdũ etiã q̃ si ponit collecta defunctoꝝ in missa viuoꝝ q̃ illa debet esse penultima ⁊ non vltima. qz finis dz suo ꝑncipio cõuenire. Nullo aũt mõ in missa defũctoꝝ collecta ꝓ viuis dz ĩponi. qz mortui viuos iuuare ñ pñt. Itẽ collectas dici ꝓcepit Simachus natõe sardꝰ. anno. cccc. xciiij.

De secunda parte misse

Expedita

e ꝑma ꝑte misse q̃ est ad ꝓpli ꝓpatõem. dicẽdũ est de scõa q̃ ẽ ad ꝓpli instructõez. ⁊ incipit ab epla in q̃ docet ꝓphs in diuis mãdatis. Et habet sex ptes. scz mysterialẽ informatiõez. de q̃ in epla. penitentionalẽ opationẽ. de q̃ in graduali. salutarẽ lamentatõez: de q̃ ī tractu. spirualẽ exultatõnez: de q̃ in alleluia. ꝑncipalẽ instructiõem de qua in euãgelio. ⁊ spẽalem fidei instructiõez. de q̃ in symbolo. Scõm autẽ Innocen. epla significat officiũ ꝓcursoris: qui ꝓibat añ faciẽ domini Et qz ꝑdixit. penitentiã agite: iõ seqt gduale. Sed quia post pniam sequit gaudiũ. qz ipe dixit. Appropinqbit enī regnũ celoꝝ. iõ seqt alleluia. qd̃ est cantus gaudij. Et qz post Johãnis doctrinã secuta est doctrina ꝙpi. iõo seqtur euãgeliũ q̃ ẽ doctrina christi. post quã secuta est fides apostoloꝝ. ideo seqtur symbolũ. Quare autẽ epistole nõ fiunt de libris moysi. quia ī illis ꝓmittũtur tẽporalia. In epłis vero pauli eternalia. Et hac

ratõne lectões de libris moy
si terminant in grauẽ accẽtũ.
Sed lectões epistolaꝝ i acu
tũ. qz sursum tendũt. Gradu
ale ẽm Innocẽ. dicitur a gra
dibus in quib⁹ cantabat. z si
gnificat cõuersionẽ fidelium
penitentiũ. Et interponitur
versus ad designandũ q nul
lus verã penitentiã facit nisi
plene conuersus sit ad deum.
Et obmittitur graduale ĩ fe
stis paschalib⁹: et loco ei⁹ dici
tur. Hec dies. Quia illi dies
statũ ecclesie futurũ felicẽ in
sinuant. scz statũ post resurre
ctionẽ: vbi non erit pena sed
gaudiũ. Alleluia vox leticie
significat gaudiũ penitentiũ
quod habẽt exp̃misso p̃mio.
Et canitur etiã in aduẽtu. qz
licet sancti patres habuerunt
spem de incarnatõne christi.
tamen qz certi de hoc erãt. iõ
exultabãt. Sed in septuage
sima obmittit. qz tũc casus p̃
mi hominis deflet. loco cuius
canitur tractus cũ plixitate z
asperitate vocis. significans
plixitatẽ miserie p̃sentis inco
latus. Et hoc Symach⁹ pa
pa instituit sic z collectas. Ad
dit etiã quãdoqꝫ psa post al
leluia. scz que est vox exulta
tiõis. ad signandũ gaudium
corporis et anime. Et est isti
tuta a Nicolao papa. Prius
enim cantabat neuma qõdaz
longũ post alleluia. loco cui⁹
Nicolaus papa in festiuita
tibus p̃cipuis prosam canta
re instituit. Significat etiaz
diutina ptractio notaꝫ ipius
alleluia gaudium celestis pa
trie quod est absqꝫ fine. et fit
sine voce significatiua. qz ta
le gaudiũ nulla lingua expri
mere potest zc. Euangelium
quod legit in sinistra pte alta
ris designat q p ip̃m peccato
res sunt vocati. Et dicit ver
sus aquilonẽ ad enitatõnem
malorũ et imitatõnẽ bonoꝫ.
Mali enĩ per aquilonẽ signi
ficantur. Nam per aquilonẽ
diabolus frequenter designa
tur. cõtra quẽ est euangeliuz.
Et dicit in loco alto. s. in pul
pito. qõ nõ fit in epistola. qz
altus loc⁹ datur seruãtibus
euangeliũ. qz celũ. Et ppt̃ h
etiã terminat in altũ. Premit
titur autẽ ante euangeliũ do
minus vobiscũ. salutatio po
puli. per quod disponit po
pulũ ad audiẽdũ deuote. Et
cho⁹ rñdet. z cũ spũ tuo. id ẽ
sicut tecũ est deus ad dicẽdũ
verbuz dei. ita nobiscum sit
ad audiendum. deinde signat

se in ꝓncipio ⁊ i fine. Prio in libro facit signū crucis. q̄si dicat. crucifixū ꝑdico. Scdo i pectore. q̄si dicat. crucifixum credo. Deinde i facie. ac si dicat. crucifixū ꝑdicare nō erubesco. Silr pplus faciat ne diabol⁹ ꝟtat facies ac mētes eoꝝ ab auditōe ꝟbi dei i ꝓncipio. ⁊ i fine ne ꝟbuz tollat de cordibꝫ eoꝝ. Debz etiā ppls stare ⁊ nō sedere. in signuz q̄ fūt q̄ti pugnare ꝓ euāgelio. ⁊ caput eleuare in signū reuerentie. Et ꝫ statuit Anastasi⁹ papa ꝑm⁹ anno dñi. ccccliij. habet etiā de ꝺse. di. i. apostolica. Itē arma vl baculos ponere. in signū q̄ iuxta doctrinā euangelicā q̄ti sunt ñ armis sed patiētia se defendere. iuxta illud. Si quis te ꝓcusserit ad vnā maxillā ꝑbe ei et alterā. Aliqñ autē thurificat circa euāgeliū. ꝓ qꝺ significatur odor bone opatōis. iuxta illud. Sic luceat lux vr̄a ⁊c. Dat etiam osculū libri tm̄ sacerdotibus post euāgeliuz ⁊ clericis. ad designādū q̄ ipis debēt esse manifesta diuīa secreta. ceterꝫ aūt i ꝓbol. Lu. viij. Post hoc canit symbolū nicenū. qꝺ marcian⁹ roman⁹ post siluestꝝ īstituit. āno dñi cccxxxix. Et dicit a sin qꝺ est con. ⁊ bolos morsus. q̄si ꝯpositū ꝓ morsellos quos. id ē articulos. Est enī collectum ex diuersis locis sacre scripture in quo est tota fides. Cōpositū est tm̄ ꝓpter maiorē cautelam. s. ꝓpter hereticos. ne sit difficile q̄rere articlos fidei in scꝑturis mltis. Et est triplex symbolū. Primū apl̄oꝝ scz credo. qꝺ ꝯmūit ꝺr in prima ⁊ in ꝯpletorio. Secūduz athanasiū. s. Quicūq; vult saluus esse. Et terciū nicenum. qꝺ i synodo nicena fuit ꝯpositū. Istud autē poti⁹ canit̄ missa q̄; aliud: qr cōditū ē tē pore veritatis ꝓpalate ꝯ hereticos insurgētes. et clarius est determinatiuū fidei q̄; symbolum apl̄oꝝ. ideo potius canitur istud q̄; illud. Uñ licet eadem sit ꝟitas vtrobiq; . magis tm̄ clare in vno q̄; in alio. Canit aūt alte ⁊ exp̄sse. vt oēs illud discant ⁊ sciāt

De tercia parte misse

Consequē

ter videndū ē de tercia ꝑte misse q̄ ꝺr oblatio. q̄ ꝓtinet sub se sex ꝑtes. Pria ē ppli exultatio ꝓ quib⁹ offerre debet. ⁊ hec signat

ꝑ offertoriũ. Scꝺa ẽ oblatõ nis ꝓsentatio. ibi. Suscipe ſancta trinitas. Tercia eſt altaꝛ ſ thurificatio. Quarta coꝛ dis hũiliatio. cũ ꝺꝛ. ĩ ſpũ humiliatõis. Quĩta ſeq̃ns oꝛatiõẽ. ſ. ſecretũ. Sexta manuũ ablutio Circa qꝺ ſciendũ ꝙ ſacerdos poſt ſymbolũ diĉ dñs vobiſcũ. ad ſignificãdũ ꝙ exꝯ ꝺꝛ ad oblatõem accedere. ⁊ nulla oblatio ꝑt eſſe acceꝑta ſine deo. iõ diĉ. dñs vobiſcũ. Et qꝛ tã ſacerdos q̃ꝫ poꝑpul⁹ debẽt eſſe valde attenti circa oblatõez hoſtie ſalutariſ vñ tũc q̃ſi excitando ꝑplm ſacerdos diĉ Oꝛem⁹. Nõ tñ vlteri⁹ ꝓſeq̃t voce alta. ſꝫ ſub ſilẽtio diĉ offertoriũ. ꝙ qꝺ ꝺnotat ſuã itẽtõez maxime cõllectã ad deũ. Significat etiã illud ſilẽtiũ latibulũ chriſti añ paſſionẽ. qñ iudei ꝓſpiraueꝛt ꝫ eũ. vt ſi q̃ſ eũ ꝓfiteret extra ſynagogã fieret. cantat tñ tũc chorus valde letabũde ad deſignandũ hilaritatẽ offerẽtiũ qꝛ datoꝛẽ hilarẽ diligit deus Et quia legit etiaꝫ de dauid ꝙ citharã cũ cantoꝛibꝫ ꝑcutiebat. Tenent autẽ fideles ad oblatiões ꝑm conſuetudinez approbatã in aliq̃bꝫ feſtinitatibꝫ. vt de ꝓſe. di. iij. oĩs chriſtianus. qꝛ dictũ ẽ a dño. Nõ apparebĩ ꝓſpectu meo vacuus. Licꝫ aũt ꝫ ſit ꝑceptũ: tñ q̃ntũ ad q̃ntitatẽ. vt tãtũ vel tãtũ offerat ñ ẽ ꝑceptũ ſꝫ ꝓſilium. iuxta illꝺ Exo. xxv. Ab oĩ hoĩe q̃ offert vltroneꝰ accipietis eas. ſ. oblatões

Equitur

ſ ſcꝺa ꝑs ꝛcie ꝑtis. ſ. oblatõis ꝓſentatõ

Circa qꝺ ſciẽduꝫ ꝙ ſacerdos volẽs ꝓſentare oblatõem deo parat ꝓmo materiã. Et ꝓmo ꝑ hoſtia accipit panẽ triticeũ azimũ mũdũ et puꝝ. ⁊ ꝑ ſanguis ꝓfectõe accipit vinũ bonũ ⁊ ſapidũ admixta modica aq̃ q̃ poſſet abſoꝛberi a vino. q̃ facto diĉ Fiat hec ꝓmixtio vini ꝑt ⁊ aq̃ In n. p. ⁊ f. ⁊ ſ. ſ. Deide accipit calicẽ tenendo vna manu ĩ medio. ⁊ reliq̃ ſuſtẽtãdo pedẽ calicis. ⁊ alte ſubleuãdo diĉ. Suſcipe ſcta trinitas hãc oblatiõez. q̃ oꝛõ deſe indicat q̃d vl ꝑ q̃ tũc oꝛat. tũc enĩ oꝛat eccl̃ia deũ ⁊c. Dicta ãt iſta oꝛõe ꝺꝫ calicẽ deponere ꝺoꝛſũ ⁊ patenã ꝺſup tollat. ⁊ panẽ ad pedes calicis collocare. vicꝫ inter ſe ⁊ calicẽ ꝑm modũ magꝫ cõez. Calix ſignificat chriſti diuĩtatez. patena

ris.etiaz si ibi moziatur .xpiñ q.iñ.pro membris.z.c. sequẽ ti.Si tamen sciret vel crede/ ret eum ibi moziturũ: tũc vi deꝛ qꝫ fiat irregularis ꝑm wil helmũ .Si autez consulat qꝫ indubitata moꝛte se exponat pro honoꝛe christi vel fide vꝛ statu ecclesie: nõ fit irregula/ ris. etiam si moꝛs inde sequa tur.xxi.q. i. sunt quidam. xi. q.iñ.non solum. Hac ratõne excusanꝛ inquisitoꝛes hereti ce pꝛauitatis.scientes qꝫ statiꝫ postꝫ aliquem pronunciaue rit hereticũ esse ille moꝛti tra deꝛur.hoc etiam alꝫs multipli citer ꝓcurando. Ad hoc etiaz accedit.xxiñ.q.viñ.legi.z.q. v.Si audieris. Illi tamẽ cle rici qui poꝛtauerũt ligna cau sa indulgentiarũ ad hereticos combureꝺos irregulares sũt. nec cuz eis dispensatur nisi ꝑ papã.Sedecima regꝫa.Dãs operam rei licite: vtputa edi ficando eccleſiã vel domũ.ad hibita omni diligentia quam potuit habere :si occidat ali/ quẽ casualiter:nõ efficit irre/ gularis. Si tamen dat ope/ ram rei illicite: nec adhibu/ it omnem diligentiam quam debuit fit irregularis .vt de homicidio. latoꝛ. z ca .ex lit teris.et.c.si dignũ .z.c.ꝓsbite rum .et.c. continebaꝛ.z. c.ad audientiã. Hic est qꝫ medico operanti ꝑm regulas artz sue non imputaꝛ ei si quis sub eo moꝛitur.sed si negligentiã cõ misit ꝓsulitur sibi vt nõ ꝓmo ueaꝛ ad oꝛdines. de ẽli.oꝛdi. ad aures. Sed q̃d de illo medico q̃ vertit ifirmũ ad ali ud latus vt citius moꝛiatur. Reꝛspondeo qꝫ irregularis est tam ipe qui fecit qꝫ ipe q̃ con suluit.si ex hoc moꝛs fuit sub secuta.quia foꝛte via anheli/ tus pꝛecluditur .vel apoſte/ ma rumpitur ex violẽtia mo tus vel suffocatur. Si autez nõ citius moꝛitur ex hac cau sa:nõ fit irregularis :sed peni tere debet de facto. Decima septima regula. Non solũ est irregularis quis si ex eꝰ ꝓcus sione est moꝛtuꝰ aliq̃s .sz etiã si ex hac ꝓcussiõe ifirmitatez ꝓtraxit vñ moꝛtuus est. vt ꝺ homicidio. ꝓsbiteruz.et.c.ad audientiam.et.li.dis. studeat. Decimaoctaua regula.Defẽ dens se in casu euitabili et oc cidens aliquez irregularz est. l.dis. si quis viduam.et talis ad supioꝛa nõ ascẽdat. z in su sceptis non facile dispensatur Sz si necessitas fuit ieuitabi

lis dat ꝯsiliū ei vt nō mīstret. l.di.de bis clericis. ñ tñ ꝓpt ꝙ deponit. īmo in suo ordine admīstrās tolerat de iure cō muni absq; dispensatōne ꝑm Laurē.l.di.quia tua Sic lo ḡtur de homici.c.ij.put ꝓsequit ibi Hostiē. Et ḡdaz dicunt ep̄m posse ī tali casu dispensare.licet ꝙ nō possit ꝑm Johem de deo.q dic̄ solū pa pā ꝙ posse. Hodie dr simpliciter irregularitatē nullā incurrere ille q ꝓsonā suā defendendo in casu ineuitabili occidit.de homici. si furiosus.in cle. Decimanona regula. Infans furiosus cōmittens homicidiū nō est irregularis. vt ī cle.si furiosus.de homicidio. Idē est de dormiēte si aliquē occidat:q tñ nō habuit ꝓpositū occidendi eum. Uicesima regula. Potēs hoīem liberare a morte et nō faciēs irregularis est.qr q ꝑt defendere et nō defendit:occidit. de homicidio.sicut dignū. qd intellige ꝑm glo.c.iiij.de sen.excō.ꝺ illo ad quē ex ptāte:ex officio vel dignitate ꝓtinet realit̄ defendere:et nō simplr de q̄cūq;. Ubi dicit ibidem glo. ꝙ si ego non habeo aliquā potestatem video ꝙ aliq̄s vult ꝺberare cl̄icū sine auxilio meo aut ꝯsilio nō credo ꝙ sū excō mūicat⁹ si nō ꝓhibeo illū.licz alr forte peccem.qr ñ defēdo cū possem. Uicesimaꝑma regula. Retrabēs a ꝓposito liberādi hoīez a morte irregularis ē.qr qd̄āmō īdirecte homicidiū ꝯmisit.l.dist. si q̄s vidnam.ꝛ de pe.dist.i.piculose. Uicesimasecūda. Percutiēs aīo occidēdi latronē si ex aliq̄ rum vulneribus latro obīt: irregularis est.vt colligit̄ de homicidio. significasti. rñ. i. Idē etiā si nō ꝓcussit sz aliq̄d opis īpēdit ī morte ei⁹. puta qr latronē detinuit:vl̄ ꝯ eum clamauit.alr aūt si clamasset ꝯ eū nō ī morte ei⁹ sz ꝙ capet vl̄ detinuit eū.vl̄ se leuem extendit:irregularis nō ē ꝺ morte eius.vl̄ etiā fit in neglectu. alr si malicia eius ꝓpetret̄ homicidium.ꝛ idem si negligentia eius ꝯmittat̄.l.di.hi q̄. Et ideo si clamat ꝯtra latronē sive eum capiat si alr quocūq; modo potuit ītelligere ex clamore suo vl̄ alio actu homicidium seq̄: irregularis ē.nisi forte faciat ꝓpt̄ piculum corpis sui.vt si videt ꝙ aliq̄s eū occidere vult.tūc enī ꝑt bñ īuocare ꝛ clamare ꝓ auxilio.qr non

intẽdit in alioꝝ mortẽ :sed in
suã liberatõem. Secꝰ si ꝺ fa/
ciat ꝓpter ꝑiculũ reꝝ suaruꝫ
si fuge ꝑsidio euadere potest.
ꝺ homi. suscepimus. Uicesi/
matercia regula. Clericus li/
gans cum socio latronẽ si po
stea timens ne occidat a latro
ne ipe potius occidit eũ irre/
gularis est. de homici. vbi su
pra. Uicesimaquarta regula
Si clericus nõ valens aliter
recupare res suas tenet furez
ne cũ reꝺ fugiat donec euz ex
hibeat iudici vl' eiꝰ auxilium
inuocet ad res suas recuperã
das: non est irregularis. licet
postea fur a iudice puniatur.
ꝺũ intẽtio eiꝰ nõ sit corrupta
intendẽdo ad furis mortẽ vel
mutilatõem ꝛc. Idẽ dicẽduz
est si clericꝰ credit vl' tradit se
culari potestati latronẽ petẽs
ꝙ eum puniat citra sanguinis
effusionẽ. vel petens rẽ subtra
ctam sibi restitui si potestas i
latronem animaduertat. id ẽ
puniat eum morte: nõ ꝓpter
ꝺ clericus erit irregularis: vt
de homi. delatoris. li. vi. nec
etiam nocet illi si ad ꝙuicẽdũ
latronẽ tradidit intsignia Et
idẽ si simplr deponit querelã
de iniuriãtibꝫ sibi ꝛ ecclie sue.
Quis tales vix absqꝫ sanguis
effusione valeant coartari. de
homicidio. tua nos. §. vlti. ꝛ
c. postulasti. xxiij. q. iiij. maxi
mianus. ꝛ. q. v. c. v. et. c. vnũ.
ꝛ. c. pena. Et hec oĩa ꝺa sunt
quãdo nõ intendit ad mortẽ.
nec hoc in aĩo gerit: sed protes
tatur publice ꝙ citra sangui
nis effusionẽ castiget. nõ ẽ er/
go irregularis curialꝭ agens
ꝺ furem. nõ crimĩalꝭ ad mor/
tẽ vl' sãguinẽ. licz eũ iudex cã
probabili suspẽdet ab officio
suo. vt ꝺ homi. postulasti Ex
q̃ vlteriꝰ ptz ꝙ nullꝰ notã ir/
regularitatꝭ ĩcurrit q̃ p extor/
tores siue exactores alicuius
curie curauit aliquẽ capi ꝓpt
delictũ tale ꝓpt qꝺ nec mori
nec mutilari posset. licz iudex
inueniẽs eũ alia ꝯmisisse pro
pterea suspendit euz. si tñ nec
ille crediderit nec cogitauit il
lud cõtingere posse. Uicesi/
maq̃nta regla. Si iudex offi
cialis insequt furẽ fugiẽtẽ et q̃
rit a me vtrũ viderim illuz. ꝛ
ego sciens ꝙ fur ille ad mortẽ
querit instruo euz: si per meã
responsionẽ furꝰ inuentꝰ ẽ ꝛ oc
cisus sum irregularis. Secꝰ si
nec sciui nec suspicatꝰ sum ꝙ
ad mortẽ vl' penã sanguis q̃
rit. vñ ꝯsulit in casu ꝺ cũ ali/
q̃s scit aliquẽ ad mortẽ fuge/

re nisi p alterã de duab⁹ vñs nõ debet dicere p hãc ñ fugit. qz sic ꝓderet eũ p alteram fugientẽ. sz aut taceat aut q̃zẽtẽ curialiter euadat: dicẽdo: nũq̃d ego custos illi⁹ suz. vl' alio modo. Ulicesima sexta regl'a. Si cleric⁹ q̃ egit ad res suas recuperãdas ex post facto ratũ habet q̃ suspẽsus latro est z hoc sibi placet. si tal' nulluz ꝓsensum habuit in mortẽ illius: nec quicq̃ coopatus ẽ ñ est irregularis ꝼm wil'. z hoc si gaudet q̃ maleficiũ ẽ puni/ tũ nõ autẽ p̃sona. cũ ꝼm ipm irregularitas ex homicidio solo nõ contrahit nisi culpa vl' voluntas p̃cedat vl' scandalũ sequat'. vt notat'. l. di. hi qui. z de homici. ex lr̃is. z. c. verũ/ tamen. Hodie ꝙo iure cautũ est q̃ si q̃s absq̃ mãdato meo manus iniecit in clericũ meo noie violẽtas. si hoc ratũ habeo excõmunicatõis canõez ĩcurro. z h̃ ppt' ratihabitiõez q̃ retro trahit' et mãdato ꝓparat'. Si autem hoc meo noie nõ esset factũ. licz ratũ habe/ rem peccarẽ: sed nõ incurrerẽ excõmũicationẽ. vt ꝺz ex p̃sse in. c. cũ q̃s. ꝺ sẽ. ex. li. vi. Ut h̃ ĩtelligas pono tibi casũ. Ali/ q̃s amicus vl' seruitoz tu⁹ sciens aliquem clericũ tibi fecisse iniuriã verbalẽ vl' realez p cussit. quẽ tu postea receptando magis amicũ habuisti vl' gauisus es. z h̃ factũ ꝓmẽdasti vl' laudasti: tu es excõicat⁹ ppter ratihabitiõez ac si mandasses. Sed vn⁹ extrane⁹ p/ cussit clericũ z tu audiens g/ tũ habes et gratularis de h̃: licz nõ es excõmũicatus: tamen peccas ad min⁹ venial'z. ꝼm Joh. an. in nouella supdicti capituli. cũ q̃s. li. vi. Ulicesima septima regl'a. Si quis mãdat capi vnũ clericũ ꝺ tribus sil' incedẽtib⁹: z alios duos nõ grauari. sz mãdatarius excedit fines mãdati alios duos capiẽdo. iste mãdãs ñ erit excõicat⁹ ꝼm Joh̃em de deo. li. iĳ. suaz q̃stionũ. q. xiiĳ. Et rõ est. qz captio ꝺ voluntatez ei⁹ est facta. Petr⁹ tñ de sampzana. al's samsona: putat q̃ de damno teneat' qꝺ illi passi sunt. de iniurĳs. c. fi. xxiĳ. q. viĳ. ppterea. Ex h̃ ifert' p sil' de irregularitate q̃ irregularitas rõe homicidĳ nõ ꝺbit' sola volũtate: nisi hõ actu occidatur. de homicidio. sicut dignũ. §. i. vbi de hoc in glo. ex corde. xv. q. i. si q̃s nõ iratus. Sed nec fit quis irregularis

ꝓpter solū homicidiū nisi cul
pa vl' volūtas p̄cedat. vl' als
seq̄tur scādalus. vt notatur. l.
di. bi qui prioris. de homici.
ex lr̄is. de clerico egroto. tua.
Ex h̄ dicto soluit q̄stio q̄ q̄ri
tur an cleric⁹ q̄ volebat inter
ficere hominē sz ñ potuit: qz i
uenit eū iam mortuū. q̄ volēs
nihilomin⁹ satisfacere ire sue
amputauit caput mortui Di
cendū ꝙ licz volūtas occiden
di fuit: tñ nō ē irregularis ꝺm
Archi. xv. q. i. si q̄s. Ratio qz
ad hoc ꝙ homicidiū ꝓmitta
tur requirit ꝙ hō animat⁹ oc
cidatur. ō homi. sicut dignū
xxxij. q. ij. Moyses: vbi abor
sus fetus inanimati nō impu
tatur ad homicidiū. sicut eti
am notant Aluarus Innoc.
Bern̄. de homici. si aliquis.
Uicesimaoctaua regula. Si
quis in rixa mortuus ē: nesci
tur tñ quis illū interfecit. licz
ꝺm quosdā. s. Jobem omnes
irregulares sunt quo ad ꝓmo
tionē ad ordines ꝓpter incer
titudinem. vt. xxxij. q. vlti. ca.
fi. tamē ꝓbabilius est ꝙ in ta
li casu q̄libet sue conscientie ē
relinq̄ndus: ꝺm Wilhelmū in
speclo. z Hostien. in sūma de
homici. §. qua pena. Uicesi
manona regla Si amici mei
occidunt aliquē mihi iniuri
antē me inuito z ꝓtra meā ꝓ
hibitionē mihi non nocet. vt
ō homici. Petrus. iij. q. iij. q̄
a p̄sulatus. Idē est si me igno
rante. de symonia. nobis. et. c.
de regularib⁹. Sed si tributa
sit. puta quia nō expresse con
sensi: nec cōtradixi imputabi
tur. ar. ō symonia. Datthe⁹.
imo etiā dicunt quidā ꝙ sci
ens contractū de morte habi
tum nō reuelaui: nō sum irre
gularis. quia homicidiū non
ꝓmisi facto mandato: ꝓsilio:
vel defensione. l. di. si quis vi
duam. z de homici. Petrus.
Alij dicunt contra. si credidi
ꝙ nō obstante mea ꝓhibitōe
mei intuitu interficeret: z hoc
est tenendū. Nam in tali casu
tenebar reuelare illi ꝓtra quē
contractū est. Tricesima re
gula. Si aliq̄s vadit ad interfi
ciendū aliquē: z tu ei scienter
consentias. non tamē eū inci
tas ad homicidiū ꝓpetrāduz
nec cum eo sup h̄ aliq̄ verba
habuisti. vl' si habuisti sem
per ex animo hoc ei dissuasi
sti. sed cum nollet tibi acqui
escere timens de ipso eum as
socias eo proposito. vel si for
te eum q̄s inq̄reret defendas.
et tunc homicidiū perpetras.

vere irregularis est ꝺm Host. ad quod facit de homici. sic dignuz. §. illi qui. Tricesima prima regula. Clericus ministrās arma pugnantibꝫ si aliquis interficit irregularis est ar. xxiij. q. i. Nisi bella c. fi. nomine autē armoꝝ intelliguntꝰ fustes lapides ligna ꝛc. Tricesima secūda regula. Judex ecclesiasticꝰ pōt hortare brachiū seculare ꝓtra violantes ꝛ hereticos vel paganos. nō vt occidat vel mutilet: sed vt de terris fideliū expellant. nᶜ etiam est irregularis si aliqui bincinde sunt occisi. xxiij. q. v. de occidendis. ꝛ. xxiij. q. iij maximianus. īmo ꝺm Jnno. de homici. petitio. licz aliqs ī bello iusto aliqs ꝓcusserit. si tamen inde nullꝰ est mortuus nō fit ex hoc irregularis. Jdez si quis accedit ad bellū iustū causa pacificandi vel ex alia iusta causa: licz ex eius ꝑsentia aliqꝺ robur accrescit suis. vl timor incutiat aduersarijs nō est sibi imputādum dūmodo dolus et etiā lata negligētia absit oīno ꝺm Wilhelmū. Tricesima tercia regula. Clericus q̄ interest iusto vl iniusto bello in armis vel sine armis si aliq̄ sunt bincinde interfecti irregularis est. licz ipe ñ occidat. li. dist. si quis. xxiij. q. iij. porro. xxiij. q. vlti. q̄cunqꝫ. i. q. i. c. finali. Tricesima q̄rta regula. Clericus defendēs se vel suos licet tunc ex defendentibus aliqs interfectus est ex aliqua parte nō est irregularis. vt illi q̄ non interfecerunt nec interfectores qui adiuuabāt sunt irregulares: licz voluntatem occidendi habuissent. qz lex promotōnis factum req̄rit. xv. q. i. si quis non iratus Tricesima q̄nta regula. Clericus in bello iusto quod nō ad occidendū sed ad defendēdum geritur ministrās sagittam balistario suo ad sui defēsionem. si ille balistarius aliquem interfecerit: sed ille clericus nō intendebat q̄ ipe aliquem interficeret. sed q̄ illos detinuisset et sua defendisset aut recuperasset non est irregularis ꝺm Wilhelmū. Jdez dicit de illo qui in bello iusto ꝓpositus fuit exercitui ꝛ sum prus facit et cūcta disponit: si forte eū contingat lanceas vel sagittas emere ꝛ mīstrare ꝛ ad exercitū vel ad custodiā castri mittere. vel si hortatur ad currēdū post hostes vt eis ꝓeda hominū vel animaliuꝫ

auferat: ⁊ tūc forte aliq̄s inf/ficeret: dūmodo solū intēdit ad recupatōnem p̄de: non ad vindictā. talis enim causa re/mota non nocet. Tricesīmase xta regula. Qui mulier i facit ne concipe vl' generare vl' p⁹ ꝓceptū parere p̄t: ⁊ q̄ p̄gnātez mulierē p̄cutit. ita q̄ facit abortiuū si fetus iā fuit viuifica t⁹ irregularʒ ē. ſz si nōdū fuit viuificat⁹: solū mortalit̄ pec/cat. ō homici. Si aliq̄s. ij. q. v. consuluit. Uel si ꝓbabilit̄ dubitat vl' credit an sit mor/tuus vel viuus fet⁹ ex illa p/cussione: vl' vtrū concept⁹ fu it animatus vl' non. ī tali du/bio debet a promotōe ⁊ a mi sterio abstinere. nec pericl'o se ꝓmittere. Si vero leuem vel temerariā habet opinionem deponat eā si potest. ⁊ sic po/terit ꝓmoueri ⁊ administrare al's non. argu. de sent. excom. inquisitio. ⁊ de symonia. per tuas. ij. Tricesīmaseptima re gula. Licet clericus aliquem occidens pro defensiōe rerū ⁊ suarū irregularʒ est. de homi. suscepim⁹. vbi dicit. post tu/nicam relinquendū est palliū ⁊ melius est rerū iacturā pati q̄s pro seruandis vilibus reb⁹ ac transitorijs acriter in alios erardescere. Clericus tamen personā ꝓpriā defendēdo ne/cessitate ineuitabili repellens vim vi cum moderamine in/culpate tutele percutiens ali quem si inde mors sequitur nō imputatur ei. vt notatur de homici. significasti. ij. ⁊. iij. c. interfecisti. Unde dicit Ar chidyacon⁹. xxiij. q. iij. c. i. q̄ clericus etiā ītrficere potest vt non interficiat. ar. de fur. c. iij. dum tamen hoc faciat p ꝑsona ꝓpria. Hodie expresse in clemē. si furiosus. de homi cidio. et dico personā ꝓpriaz. nam secus est ꝑm Johānem andree in nouella super clem. si furiosus. de homicidio. si ñ valens euitare mutilationez: licet mortē posset euitare mu tilauit vl' occidit aliquē inua sorem. ⁊ idem si aliter non va/lens saluare res suas eum oc/ciderit qui ō portare volebat. secus etiā ꝑm glo. dicte clem. super ver. suo. ō illo qui occi dit illū qui occidere volebat patrem filiū coniugē vel per/sonaz coniunctā quā aliter iu uare nō potuit. Quod putat Johes andree quasi casus il le nō includat sub necessitate ineuitabili. Intelligit aūt ne/cessitas ineuitabilis ꝑm Jo.

an. ibidez. sup ver. non valẽs. vt qz inangulatꝰ erat. vl̃ sic artatꝰ qꝫ fugere nõ poterat: nec clamore iuuare. Intelligitur aũt cũ moderamĩe inculpate tutele si fiat ex incõtinẽti non ex interuallo: z cã defensiõis: nõ vltiõis: z si eqliter se defendat sicut infestaf. vt si gladio pcutif: z ipe gladio pcutit. vl̃ si ligneo baculo z ipe ecõuerso baculo. aut ferreo baculo pcutitur z ipe ecõuerso ne amplius pcutiaf ad mortez. Si aũt pcutiaf paruo ligneo baculo a quo ñ timeaf mors. vl̃ depilaf vel p vestẽ trahif. z ip se repcutiẽs ferro occidit suũ inuasorẽ irregularis est. qz ñ est moderamẽ inculpate tutele. debuit ei se moderate tenere et nõ excessiue vltra violentiam sibi illatã. aut si pcussus est semel et sic dimissus ẽ. nec vltiꝰ se credit pcuti si etiã i cõtinenti repcutit z occidit irregularis ẽ. Nam nõ debz occidere inuasorẽ exq̃ ab eo ñ credebat se occidi. vñ excessit in moderamine. qz p vna pcussione non letali occidit. Hec oia colliguntf i glo. significasti. ff. de homi. Tricesima octaua regula. Prelatus spũalis habẽs iurisditõez tpalem in suo dominio si fur vel latro deprhensus in furto vl̃ maleficijs adducitur ad psentiã eius: et petitur puniri iuxta cõdignum sui excessus. nõ debz ipe psonaliter de hoc ꝯgnoscere iudicare aut sentẽtiare. sed debz ꝯmittere suo ꝓcuratori: dicẽdo ista ꝟba. Fiat iusticia: generaliter. non descẽdendo spẽaliter qua morte sit moriturꝰ. ne clerici vl̃ monachi. c. vlti. lib. vi. Nec p hoc etiã est irregularis si sequatur sanguinis pena. vnde põt fieri specialis ꝯmissio super tali casu sed nõ expressa pena ꝟm Goffredus. Idem tenet nouellator in dicto c. vlti. li. vi. Dicit tamẽ nouellator in nouella ibidem qꝫ si epus vl̃ ꝓlatus mandat notario suo vt i tali casu scribat ꝯmissionem ꝓcuratori epi: vt super his faciat iusticiã: talis notariꝰ est irregularis: qđ probat ex eo quia talis nõ habet facere quicqꝫ ex officio sue iurisdictõis. quod reqrit illa decretalis. Sit ergo epus cautus vt nõ inuiciat laqueũ clericis. vnde ꝯmittat istã iurisdictiõem laico p seipm imediate z p aliũ laicũ. nõ aũt p clericũ. Et scias qꝫ ꝟ nõ solũ ꝟitatẽ habz i ꝓlato habentẽ iu-

risdictionē tpalem rōe benefi
cij sed etiaz ratōe patrimonij
fm nouellatorē ibidē. z quod
plus est: dicit idē q exquo cle
rici tales causas sine metu ir
regularitatis pñt alijs delega
re. satis videt q si laic⁹ talem
iurisdictionē habēs sz pbabi
lē: causas sanguinū criminat
poterit hoc nō obstāte ordīa
ri. qz nō fit irregularis ea rōe
Laueat ergo plat⁹ cū interro
gatus fuerit a iudice ne respō
deat maluz ē si ille malefactor
remāserit impunit⁹. nam tūc
esset irregularis. vt de excess.
pla. ex lris. Tricesimanona re
gula. Si iudex habēs latro
nem captū querit de aliq pe
rito q̄d debeat fieri de tali. z
ille rñdet talem esse morte pu
niendū vl similē. iudex autez
secut⁹ ei⁹ consiliū latronē pu
nit ad mortē irregularis ē cō
sulens qz fuit i culpa in casu
q̄ de facto nō erat respōdēd⁹.
vt de excess. pla. ex lris. si tamē
nō est casus de facto: sz iudex
querit simpliciter q̄liter sint
tales puniēdi. z cleric⁹ respō
det q ad mortē vl ad sangui
nem. si respōdēs respōdet fm
verā iuris sentētiā vt exptus
iurisconsultus nō est irregu
laris. z maxime si extra iudi
cium. vt dicit glo. in dicto. c. ex
litteris. Si autē errans in iu
re dixit. cum tñ aliter iura dis
ponāt: irregularis est. vt colli
gitur p wilhelmū in specl'o.
ti. ij. §. iuxta ppositōnis. Si
aūt q̄ nō reputat iurisconsult⁹
interrogāti rñdet nō vt iuris
cōsultus: sed simpliciter dicit
quid de talib⁹ sentiat. nec p̄su
mit q iudex eius sequatur re
sponsionē nō est irregularis. ex
quo nō respondet ad casū q̄d
sit de facto. Nā si p̄suleret ad
casum de facto irregularis es
set fm Raymundū. Quadra
gesima regl'a. Suspensus ab
officio celebrando fit irregu
laris. vt. xi. q. iij. si quis dam
natus. et. c. si quis episcopus
in concilio. Et licet illi cano
nes loquunt de excōmunica
to scienter et ī contemptū cla
uium celebrante. hodie tamē
idem irregularis est in suspē
sione a diuinis. vt de re iudi.
cum eterni. et ō sentē. excom.
cū medicinal'. li. vi. z in h casu
sol⁹ papa dispēsat. vt notauit
wilhelmus in speculo. tī. ij.
§. nūc de ēpoz. ver. est inquā.
Suspensus autē a beneficio
tantū non fit celebrando irre
gularis. quia hoc nullo iure
cauetur fm Innocentiuz. de

elec. cũ in cunctis. §. clerici. et c. statuim⁹. de concess. preben. quia diuersitatẽ. Dinori q̃z excõmunicatõne ꝓpter participationẽ excõmũicati in locutõe vl̃ similibꝫ ligatus. licz celebrãdo ꝑ̃ iter peccet: nõ tamen efficit irregularis. qz hoc nullo iure cauet̃ ꝑm Jnno. ĩmo si medio tpe postq̃ ꝯmũicat excõicato celebrauerit. bñ ꝑt penitentia pacta sine pape dispẽsatõe celebrare. vt ꝺ cle. excõ. minist. c. fi. xi. q. iij. si q̃s ꝑsbiter. Jnnocen. tñ z Hostiensis dicũt q̃ tales nõ ꝓpt suspensionẽ a iure celebrare ꝓhibentur: cum non sint suspensi a iure nec suspendẽdi. sed solũ propter peccatũ prohibẽtur cum fuerint suspẽsi q̃ ad deuz a sacramentis et a ꝓmotõne. si enim a iure suspensi essent celebrando fierẽt irregulares. per. c. cum eterni. ꝺ re iudi. li. vi. et de sentẽ. excõ. cũ medicinalis. eodẽ li. vi. Ex quibꝫ oĩbus hoc colligitur ꝑm abbatem in distinctiõibus ſ̃is. et c. si celebrat zc̃. de cleri. excõ. ministrãte. q̃ celebrãs in mortali peccato non incurrit irregularitatẽ: post penitentiaz z reconciliationẽ obtentaz sup peccato mortali vl̃ excõmunicatõe mĩori ex quibꝫ celebrãs poterit sine aliq̃ dispensatiõe superioris celebrare. nec obstãt noua iura. scz. c. cum eterni. ꝺ re iudi. et. c. cũ medicinal̃. de sentẽ. excom. li. vi. que loquũt̃ de illis qui sunt ingressu ecclesie ꝑuati. z a diuinis suspẽsi. qꝺ nõ est in istis. cũ isti nec ingressu ecclie sunt ꝑuati. nec etiam a collatõe sacramẽtorz. sed solũ a ꝓceptiõe sunt suspẽsi. Quadragesima ꝑma regla Notori⁹ fornicatoz a iure suspensus celebrans non fit irregularis ꝑm wilhelmũ in speculo. ti. ij. §. iuxta ꝓpositõnis. nec obstat qꝺ q̃dã dicũt qꝺlibet peccatũ notoriuz facit hominẽ irregularẽ. vt ꝺ tempo. ordi. c. quesitũ. hoc enim verꝫ est si ibi non intelligit̃ irregularitas talis que requirit papę dispensatõnẽ. Unde dicit abbas vbi supra q̃ in illa irregularitate quã q̃s incurrit et notoria fornicatõe z in tali celebrat ꝑt ep̃us dispẽsare p⁹ penitentiã. per ca. ac si. ꝺ litis ꝓtesta. Et ita hodie seruatur Et q̃uis q̃dam nimis rigidi vt Hosti. z Jnno. dicũt ꝓriũ tamẽ nõ sunt audiẽdi. qz qui nimis emũgit elicit sanguinẽ iij. di. deniq̃. Nec aduertas

rationē illā qua dicūt. Omīs suspēsus ab officio p canonē celebrando fit irregularis. vt dicit̄ ī.c.cū clerici.ō re iudi.z c.medicinal̄.de sent.ex.li.vi. sed tal̄ est fornicator notori⁹. vt ptz in.c.q̄sitū.de coha.cle. z mu.z.xxxiij.dis.ppt̄ ō.g̃ ef ficit̄ irregularis celebrando. Ad ō respōde audacter ꝺm Franciscū de sarabel. in.c.ve stra.et.c.quesitū.de cohabita tōe clericoꝝ.q̄ suspensus a ca none celebrās tūc solū incur rit irregularitatē q̄ñ p modū sentētie fit a canōe suspensus. vt ī dicto c.cum eterni.li.vi. Sic autē nō est in fornicato re notorio et symoniaco.quia non p modū sentētie sz enun ciatiue dicuntur a canone q̄ sint suspensi. vt patz in.c.q̄si tum.de cohabitatōe clerico rū.ergo celebrādo nō fiūt ir regulares.de sen.excō.lib̄.vi. Tene ergo ꝺm Frācisc̄ū q̄ si in canone dicit̄ penā imponē te q̄ talis sit suspēsus ab offi cio.vl̄ dicit̄. suspendim⁹ talē ab officio si hoc fecerit:tūc ta liter suspensus celebrās fit ir regularis.vt ī dicto c.cū eter ni. Sz si dicitur in canōe pe nā approbante vl̄ enūciante seu recitāte aliquē esse suspē sum:sicut dicitur de fornica tore notorio:ī.c.quesitū. vbi tamē recitat notoriū fornica torem esse suspensuz.talis ce lebrando non fit irregularis. Pro isto dicto ē famosissim⁹ ille doctor Guido de bayso: archidyaconus nūcupatus. xxxij.di.ad hec vero.vbi ipse notat ī fine glose. que īcipit. istud intelligit.q̄ notori⁹ for nicator nō est principalit̄ sus pēsus a canone: sed a deo.qđ patet ex eo. qz q̄m cito penitet licite celebrat. de cohabi. cle. c.vlti.licz in odiū criminis p canones aliquid sit additū q̄ ad vitationē eorū. vt scz non audiantur ab eis diuina. vt ī c.vestra:z in c.tua.de cohabi tatōe clericoꝝ.xxxij.dist. nul la.et.c.p̄ter hec.z hoc ꝺm Jn nocentiū. Licz aūt Hosti.no tauit ꝺcm in speculo.ti.ij.§. iuxta ppositōis.et.§. nunc ō episcopoꝝ.vsu.xxvi.et hanc viā tanq̄m mitiorē puto cōple ctenda:. Quadragesimascōa regula. Suspēsus a canone nō ppter crimen sed ppt̄ ali quem defectū:vtputa illegiti me nati et corpe viciati nō in currunt nouā irregularitatē: si ante obtentam dispensatio nem celebrant ꝺm Wilhelmū

in specto.ti.ij.§.iuxta ppositionis.v.porro.et idem notatur per archidyaconū.lvi.di. aplica. in pncipio. z ꝫ seruat curia.qz qñ dispēsat cū talibꝫ simpliciter dispēsat sup defectu nulla facta mentōe ꝺ irregularitate.quia nullā incurrunt.lvi.di.apostolica.z.c.cenomanēsem.de filijs pbitero rū.veniēs. Ideo dicit intelligendū esse speculatoz de illis qui ppter infamiā suspēsi sūt a canone.sicut sunt illi q̄rum crimina sunt notoria.z q̄ etiā post pactaz penitētiā celebra re ppter scādalū et infamiā p hibent. vt in.c.fi. de cohabitatōe cleri.z mu.et de homicidio.ex litteris.c.fi.z tamē añ dispensationē celebrādo nonā irregularitatē nō īcurrūt. quia hoc nō inuenit iure cautum:ꝼm wilhelmū in specto vbi supra. z archiꝺ .lvi.dist. apostolica z̄c. Quadragesima tercia regula. Suspensus a confessionibꝫ audiendis celebrās ante reconciliatōez non efficitur irregularis ꝼm wil. quia ꝫ non inuenit iure cautum.xi.q.iij.§. Euidēter. De hac suspensione habet. xxvi. q.i.et.v.q.vi.p totum. Quadragesimaquarta regula. Recipiens beneficiū in irregularitate: impetrata absolutōne sup irregularitate nō indiget alia dispensatōe sup beneficō obtēto: ꝼm Raymūdū z wilhelmū in speculo. Caueat tñ q̄libet ne ī peccato mortali vl̄ suspensione beneficiū recipiat. vnde securius est vt tal' cō fiteatur ante receptōnē ne collatio sit viciosa ꝼm wilhel.in c.si celebret.ꝺ clerico excō.ministrante. Licz hoc sit pduxꝫ est tamē verū ppter rationez ibi positam: quia scz eligi nō potest in peccato mortali ad illa a quorū perceptōne a sanctis patribus est priuatus. Uerūtamen abbas ibi moderatur hoc dicens .q̄ si cui existenti in occulto collatum sit sed ipe recipit illud post peractam penitentiā poterit retinere.allegat de tēpo.ordi .q̄situm.de senten.excō.c.vltimo Sed propter peccatū enorme.vtputa propter homicidium ipo iure perdat beneficium. vt notatur per Archidyaconū.l.dist.studeat.queīcipit in glo.hic dispensat.vbi dicit glosa.quia de iure debet eo carere. quod exp̄ōit archidyacon?:per sententiā nō ipo iure. Nam homicidiū non in

ducit ipo iure priuatõnem beneficij: ꝑm Bernardũ compostellanũ: qui ita notauit ō electione. q̃ sicut .in glosa. i .§. si vero. ver. alia autem. Et idez sentit Innocenti⁹ dicens. q̃ i homicidis irregularibus cadere potest ius cuiuslibet dignitatis. quia etiam iuste habent eam: si cum eis fuerit dispensatum. Et etiam sine dispensatõne iuste tenent predicti dignitates suas quousq̃ renuncient vl̃ deponant: ꝑm Innocentiũ: qui ita notauit de excessibus prelatorũ: cuz. in prĩcipio. Cõtra tamẽ istō dictum faciũt multa iura. vt de clerico pugnante in duello. c. Henricus. in fine. Item lv. dist. si euangelista. ver. ĩ loco. cum dispensatio requiraẽ vt homicida beneficiũ recipiat. videtur secus de iure ꝯmuni. Item cum homicida ministrare non potest: etiaz post penitentiã sine dispensatõne. de temporibus ordi. quo suspensus est a beneficio quod datur propter officium. et sic etiam accedit. lxxxi. dist. eos. et notatur de cõsuetudine. cũ dilectus. in glosa. suspensus enim. Tu dic breuiter. q̃ hic nulla est contrarietas. Nam Bernardus et Innocentius intelligunt q̃ homicida iuste tenet et recipit beneficiũ quo usq̃ deponitur per sententiã Jura autem in contrariũ inducta dicunt q̃ debet carere et priuari beneficio de iure. quia de iuris rigore est inhabilis ad illud. Non tamẽ hoc negat quin hoc fiat per sentẽtiam: z sic idem sentiũt. Quadragesimaquinta regla. Presbiter excõmunicatus vl̃ suspensus simpliciter ab ordinibus suis: administrans in ordine accolitatus efficitur irregularis. ꝑm wilhelmũ. Secus si tantũ a missarũ celebratione fuerit suspensus. Quadragesimasexta regula. Clericus in minoribus constitut⁹ excõmunicatus ministrãs sacerdoti ad altare portando aquam: lumẽ et alia similia nõ est irregularis ꝑm wilhelmũ Idez putat de presbitero dyacono et subdyacono. Ratio quia ista nulli ordini sunt annexa: cum et per laicos litteratos expediuntur. Quadragesimaseptima regula. Episcõpus suspensus a pontificalibus celebrando in eis non fit irregularis. quia pontificalia non sunt de substantia ꝑm

wilhel. Quadragesimaocta/ua regula. Suspensus ab in gressu ecclesie si in ea celebrat irregularis est. et si in tali sus/pensione decedit nō sepelit in cimiterio. vt de sen. ex. is cui. li. vi. Notat tñ nouellator in nouella q̄ p̄t in eccl̄ia audire diuina sine metu irregularita tis. sz ñ sine pctō. licz Hugo z Raymūdus alib notauer̄t quoz opinio refutat̄ per modernos Quadragesimanona regl̄a. Excōicat⁹ vl̄ suspēsus baptizans solēnit̄ in suppelli cio z stola publice irregular̄ efficitur: ꝑm wilh. Secus si aliter. s. simpliciter baptizat: z marie i necessitate. Quinq/gesima regula. Quicūq̄ non potest ꝓmoueri ad ordīes si/ne dispensatōne nec etiam ad honores. et quicunq̄ est ille/gibilis irregularis ē ꝑm wil̄. Idem intellige de omnib ca sibus qui impediūt promo/uendos: vl̄ deiciūt iam ꝓmo tos. vl̄ qui penā depositōnis merent̄. Unde regulare est q̄ d̄cunq̄ post pactam peniten tiā nō habēt ordinis executō nem irregulares sūt: sicut ho micida. l. di. ¶. i. erga. de symo nia. tāta. Itē excōicat⁹ inter/dictus suspensus in ꝓtēptuz clauiū se faciens ordinari. de sen. excō. cum illoz. Itē si eti am p̄sumit celebrare. xi. q. iij. si q̄s. de vi. z ho. cle. vt clerico rū. ¶. si q̄s igit̄. Itē violās in terdictum. de excess. p̄la. tanta Item falsarius l̄rāz pape. de crimine falsi. ad falsarioz. ¶. i. Tal̄ tñ fm Inno. si occult⁹ ē post absolutionē z penitētiā potest ordinari. q̄ nullo iure cauet̄ q̄ sit infamis ipso iure. Item heretic⁹. de purgatōe. c. inter solicitudines. vl̄ exhi bētes hereticis sacramenta. de hereticis excōmunicat⁹. ¶. si vero. Item sodomita. ō ex cessi. p̄la. clerici. Itez p̄sbiter denudans confessionē. de pe nitētia z remiss. oēs. c. fi. Itez incorrigibilis in contumacia pseuerans. de dolo z ꝓtu. ve/ritatis. ¶. fi. Item notoriū cri men de iure vel facto. de tem poribus ordinatōnū. c. fi. Itē vtēs officio assassinoz vl̄ de/fendēs ſceptās occultās eos. licz moꝛs nō sequat̄ inde. de homici. p hūani. li. vi. Item apostata. de apostat⁹. c. fi. Itē scismaticus. de scismatic⁹. ca. .i. Item intrusus voluntarie per potestatē seculareꝛ. vij. q. .i. factus. de elec. quisq̄s. Itē omne crimen quod ipo facto

inducit infamiã ciuilem. ij. q. vij. §. porro. Itez infamia descendens ex delicto p sentẽtiã ꝺclarato: qz pena ꝑt demi culpa pmanẽte. ij. q. iij. §. hic colligitur. Infamis enĩ est irregularis: siue infamis sit iuris siue facti. vt de accusatõibus. omnipotẽs. de testibꝫ. testimoniũ. Quinquagesima ꝑma regula. Excõicatus maiori excõmũicatõe siue ab hoie siue a iure sciẽter: durãte excõicatõne: celebrans semp fit irregularis: z est deponẽdꝰ. de clerico excõmunicato mĩstrãte. latrones. Secus si ignorant. vt eoꝺ ti. c. apostolice. Si autem dubitaret ꝓbabiliter de sentẽtia excõmunicatõis: presertim quãdo ꝓscius est ꝺ culpa sua ꝓpter quaz iuste potuit excõmũicari: nescius tamẽ exponit se discrimini et celebrat cũ sit excõmunicatus: irregularis est: z indiget dispẽsatione pape ꝓm wilhelmuz vt in dicto c. apostolice. Crassa autẽ ignorãtia in talibꝫ iudicat. vt si citatus pemptorie nec iuit nec misit ad terminũ. z sic celebrat licz nihil ꝺ excõmũicatõe sciat Circa ꝑmissa sciendũ q suspensus a iudice siue ad certam diẽ siue ꝙpetue siue quousq; peniteat sp si celebrat est irregularis. qz tal nõ deberet celebrare nisi ꝓus sententialiter absoluat sic̃ sententia suspẽditur. In vltimo tamen casu quidã ꝓtradicũt. vt ij. q. v. ꝓsbiteris. vbi dicit. q talis ad arbitriũ suspendẽtis facere debet. et si ante absolutõem celebrat irregularis est. z idem de re iudi. dilectus. de excess. ꝓla. aplice. Suspensi vero a deo vt sunt oẽs peccatorez celebrãtes in peccat̃ non fiũt irregulares. licz peccent: nisi celebrarent in criminalibꝫ. vt in homicidio: in symonia: et similibꝫ. z quibꝫ etiam acta penitentia executio interdicitur: vt supra dictũ est. Suspensi aũt ab officio a canone ꝓpter crimen si celebrãt irregulares sunt. Et hoc intellige si suspendunt a canone penam imponente: nõ autem approbante. vt in. c. cum eterni. de re iudi. li. vi. Quia etiã in minori excõmunicatõe existentes suspẽsi sunt a canone nõ imponẽte penã sed approbante: et q̃scito penitet ꝑt celebrare. desent. ex. nuper. vnde potius dicit suspensio dei q̃s canonis ꝑm wilhelmuz. Et nota ꝑm Johãnem andree in

de.i.de decimis.in glo.super ver.donec.q̄ cū aliq̄s suspendit̄ donec satisfecerit:sufficit iudicis declaratio sup̄ satisfactōe sine alia absolutōne In excōmunicatis vo est necessaria absolutio post satisfactionē. Concordat ad h̄ glo. Jo.an.in.c.sepe quia. ō elec. li.vi.sup̄ ver.don̄ plene. vbi dicitur.q̄ illi q̄ occupant bona eccl̄iarū vacantiū:z ea distrahunt:tam diu sunt a beneficijs et officijs suspēsi donec ea plene restituerint.ip̄is autē restituentibꝫ ip̄o iure sine alia sententia restituti erūt vt notauit Jo.an.lxxxi.dist. si qui

Preterea sciendū est q̄ p̄m glo.xxvi.dis.deinde. infamia z irregularitas cōtracta ante baptismuz tollit̄ post baptismū.z hoc si puenit ex p̄po delicto. qz dona baptismi sūt sine omni penitētia z satisfactione. vt de conse.dist.iiij. sine. Si enim peccatuz non delet̄ quantū ad infamiam :adhuc post baptismū obesset.quod negat Ambro.xxvi.dis.vna. vñ si aliq̄s occidit mille homines ante baptismū: oīs infamia z irregularitas tollit̄. vt li.dist.si quis post acceptuz. vt patet de paulo qui ante baptismū fuit homicida z tamē postea factus est apostol⁹. vt .l.di.§.econtra. Huic tamen dicto aduersant̄ doctores. nā Archidyacon⁹ in dicto ca.deinde dicit.q̄ bene infamia ex quo nō descendit nisi ex peccato deletur i baptismo sicut z peccatū :sed non irregularitas que nō fundatur sup̄ peccato .vnde ita irregularis est q̄ occidit cuz peccato :sicut q̄ occidit sine peccato:vt iudex. ne clerici vl̄ monachi.c. sentētiam.z bigami z corpe vitiati.z ita ip̄e Innocenti⁹ notauit.de diuortijs.gaudemus. Ip̄e tamē notauit ō homici. presbiter. q̄ homicidiū ante baptismū siue ex officio siue ex volūtate fecerit homicidium nō est post baptismū irregularis :quia oīmis seq̄la peccati deleta ē. Sz Boffred⁹ de conuersiōe infideliū.c.i. notauit q̄ peccatū et seq̄la peccati bene delentur in baptismo sz nō defectus siue impedimentum. Prima via cōmuniter approbatur. Speculator tamen in titulo de dispensatiōibus.§.iij .ver.is aūt. videtur declinare zc.

Cautele circa predicta obseruande.

Lautele seruãde circa p̃dicta

Prima cau
tela est. Epūs et quili
bet iudex nō potest ne
q3 debz excōmūicare vniuer
sitatem vl' collegiū. Et h ido
ne innocentes puniant' cū no
centibus. vt dicitur in .c. ro
mana. de sentē. excō. li. vi. In
terdici tamē possunt innocen
tes cum nocentibꝫ. de sponsa
libus. nō est. Et hoc ideo: qz
ibi nō est tantū piculū anime
sicut in excōmunicatōne que
est eterne mortis damnatio.
p quam quis tradit' sathane:
vt supza dicit'. Secūda cau
tela. Caueat iudex ne ferat sē
tentiā excōmūicatiōis nisi p̃
missa monitōe. si tñ h fecerit:
licz sentētia sit iusta: sz tñ pu
nitur latoz pena. c. sacro. ō sē.
excō. scz suspēsiōe ab ingressu
eccl'ie infra mensem. Tercio
caueat ne ferat sententiā excō
municatōis: suspensiōis vel
interdicti p̃ futuris delictis.
puta si tale q̃d fecerit. nec pro
p̃sentibꝫ sub ea forma: si de il
lis infra talem terminū mini
me satisfecerit. vt in .c. roma
na. de sen. excō. li. vi. Uñ fm
Joh. an. in nouella sup dicto
ca. valde ridiculosum esset si
diceret p̃lat9, excōmunico pe
trum si furtum fecerit. si adul
teriū p̃miserit. cum tamen ad
talia paratus sum vel suspe
ctus. si tamē moza causa vel
culpa p̃cessit bene potest ex
cōmūicari sub illa forma Ex
emplū: vt qz de moza p̃dēna
tus in actōe p̃sonali nō soluit
ifra q̃ttuoz mēses vt debuit.
postea iudex dz p̃cipe vt sol
uat ifra certū tps. alʒ sit excō
mūicat9. hic enī moza p̃cessit
Silz de culpa. vt qz negligē
tes fuerūt clerici in diuis offi
cijs dicēdis: poterit iudex di
cere. Excōmunico omnes q̃
nō interfuerūt canonicis hor̄.
hic enīz culpa p̃cessit. Simi
liter de offensa: vt in coniuga
to qui tenuit cōcubinā sepet
ab ea ne excōmunicet' si vlte
rius redeat ad ip̃am. Alias p̃
ter istos casus iudex nō debz
ferre sententiā excōmunicati
onis sub certo termio ꝛc. vñ
male faceret si statim post cō
demnatiōem factā in p̃sonali
iudex p̃cipet infra certū tem
pus ferendā sententiā excom
municatiōis. cum tamē nō p̃
cessit moza. Et in hoc sepissi
me iudices nostri tēporis ex
cedunt modum. Ideo hec di
xi pro generali doctrīa. Cir
ca dispensationē predictarū

censuraꝝ est sciẽdũ q licꝫ fm
q̃sdam doctores epus nõ ꝑt
dispẽsare sup irregularitate ꝛ
alijs defectib nisi vbi exp̃sse
sibi a iure ꝑmittit fm wilh.
nazonẽ Goffredũ Johem de
deo ꝛ Innocentiũ. Alias fm
istos epus dispẽsans in casi/
bus sibi a canone exp̃sse non
permissis: videt impugnare
canones vel eos tollere. Tu
tamẽ dicas q vbicũq exp̃sse
a canonib ptãs dispẽsandi ñ
phibetur epis: episcopi pñt
dispẽsare. Et h dictum ꝑ do
ctores cõmunius approbat.
Ita dicũt Johes. Laurẽti⁹.
Hugo Tan. Bernard⁹. wil
helm⁹ in speculo. ti. de dispẽ
satiõibus. §. nunc de epoꝛuꝫ.
ꝛ ille famosissim⁹ doctoꝛ dñs
ar: hidyacon⁹. l. di. d ꝑmissis.
vbi late ꝓsequit istã materiã
improbãdo opinionẽ ꝓtrari
am. qui etiã dicit dñm suum
Hostiensem dixisse q in bis
in quib peccatũ moꝛtale est
fm legẽ diuinã: sicut in furto
rapina. vt. xiiij. q. v. penale.
dispensare nõ potest. nec etiã
papa: vt aliqui dicũt. nisi pe/
nitentiã agant ꝛ restitutio fi/
at. de vsu. cum tu. ꝛ. xiiij. q. v.
si q̃d. ꝛ. c. multi. et eadeꝫ. q. vi.
si res. In bis vero in q̃b pec
catũ moꝛtale est fm ius posi/
tiuũ. vt vbi est epis vel inferi
oꝛibus pape interdicta dispẽ
satio: nullus dispensat nisi so
lus papa: vel is cui specialiter
cõmiserit. Si vero non est in
terdicta potestas dispẽsandi
tũc potest. D archidyacon⁹
Pro ista sententia faciũt mul
ta iura. vt de hereticis. excõ/
municamus. §. sane. de sentẽ.
excom. nuper. ꝛ. ca. a nobis. ꝛ
ca. cum illoꝫ. Et de sponsali
bus. cum apud. xvi. q. i. sunt
nõnulli. ff. ex quibus causis
maioꝛes. l. necnõ. §. i. nã ꝛ apo
stolus dicit. Omnia mihi li/
cent. xi. q. i. aliud. Et ex bis
patet q̃ꝫ lata sit potestas epi/
scoporũ. quia oĩa possunt:
nisi exp̃sse phibeant. Sũt
autem multi casus in iure ex
pꝛessi in quib eis cõcedit au
toꝛitas dispẽsandi. quos lici
te scripsit wilhelm⁹ in specu/
iuris. de quib hic supsedere
cẽsuit scribẽtis sedulitas. sci/
ens qꝛ epi nõ egent vt q̃s eos
doceat sz ipi alioꝫ sũt docto/
res. i. q. vij. Iueniẽtib. ꝑsertiz
cũ ꝑsentis opusculi ꝓncipal in
tentio fuerit simplicibus sim
plicia tradere rudimẽta. non
ꝑfectis subtilia: vt cum apl'o
lac potũ daret nõ escã ꝓuul.

ꝑpter qꝺ etiã ſtilus eiuſdẽ nõ in doctis aut ꝓſuaſibilibꝫ humane ſapiẽtie verbis ſedĩ doctrina ſpũs excurrit. eo ꝙ iuxta Iſidoꝛ de ſũmo bono. li. iij. Horret ſacra ſcꝑtura ſpu meũ ſapientie ambitũ. Ignoſcant igitur doctoꝛes ſuꝑ ſtili ⁊ materie ruditate: q̃ non ipis ſed ſimplicibꝫ dirigitur. Et ſi ſint ſimplices quoꝛ ꝓfectui ꝑſens opuſculũ deſtinat Sed ⁊ ipi reuerẽdiſſimi ꝓſeſ ⁊ domini archiepi: epiſcopi: ceteriq; ꝓlati doctoꝛes ⁊ magiſtri ſi qua bene ſcripta in ꝓſẽti tractatu inueniãt approbare dignent gratioſe. q̃ vero dubioſa: vndoſa aut perplexa declarent: delucident ⁊ iterꝑtentur. Inſuꝑ que minꝰ bñ poſita fuerint coꝛrigãt ⁊ emẽdent occupatõi potiꝰ q̃ ignorantie aſſcribẽtes erroꝛẽ. Teſtis enĩ deus eſt et angeli eiꝰ me grauibꝫ ⁊ arduis: nõ ſolũ diuerſis: verũetiã ſibĩnuicez aduerſis ꝓtũc occupatum fuiſſe negocijs. ⁊ niſi pia duxiſſet manũ ſedulitas: niſi diuine gr̃e miſeratio animũ laceſſitum cõfoꝛtaſſet. nequa q̃ naufragoſa imbecillis animi tumba ꝓꝓꝛijſ conatibus ſub anhelo pectoꝛe ſalutarem eucta fuiſſet ad poꝛtũ. Hoꝛtoꝛ poſtremo vt quiſq̃s iſta legeris: mei peccatoꝛis recoꝛderſ. exoꝛans dominũ vt nõ ꝓ tam induſtrioſo laboꝛe q̃ ꝑ mentis deuotõne ⁊ bone voluntatis affectu quo cũctis chriſti fidelibꝫ ꝑficere conabar mercedem ꝑpetuã omnibus fideliter in vinea ſua laboꝛãtibuſ ꝓmiſſam largiri dignetur tẽpoꝛe oportuno.

Suſcipe ꝫpleti laudes o chriſte laboris
Quas coꝛdis leti vox ſubdita reddit amoꝛis.
Sit merces operis oratõ ſancta legentis.
Que iungat ſuperis nos toto roboꝛe mentis

Finit tractatus putilis ꝺ adminiſtratiõe ſacramẽtoꝛũ. de expoſitõe officij miſſe. de dicendis hoꝛis canonicis. de q̃ cenſuris eccl'iaſticꝫ canonice obſeruãdis. Impſſus Argẽtine ꝑ Martinũ flach Anno dñi. M.cccc.xcij.

Tabula

Tabula hu

ius tractatus
De sacramētis ī genere. fo. ij.
Quid sit sacramentū ꝛ quot sint. fo. ij.
De sacrām̄to baptismi. fo. iij
Baptism⁹ q̄modo diffiniat. fo. iiij.
Q⁹ triplex ē baptism⁹. fo. v.
De baptismi accñtib⁹. fo. vi.
De cautelis circa ꝟ sacramē/ tum seruādis. fo. vi.
De cathecismo et exorcismo. fo. viij.
De mō baptisandi. fo. viij.
De sacramento ꝓfirmatiōis. fo. x̄j.
Que sint de substantia huius sacramenti. fo. xiij.
De accidentib⁹ circa sacramē tū cōfirmatōis. fo. xv.
Cautele hui⁹ sacrām̄ti. fo. xv
De sacr̄o eucharistie. fo. xv.
De credēdis circa ꝟ sacramē tum. fo. xix.
De cautel' seruādis circa hoc sacramentū ex parte sumētiū fo. xxi.
De cautelis seruādis ex par/ te sacerdotis ꝟ sacr̄m ꝓferēt vl' cōficientis. fo. xxv.
De sacr̄o penitētie. fo. xxviij.
De contritōne que est prima pars penitētie. fo. xxx.
De ꝓfessiōe nūc seq̄t. fo. xxx.
De modo audiendi ꝓfessiōes. fo. xxxi.
De casibus ad papam ptinē tibus. fo. xxxiij.
Casus episcopales nunc se/ quuntur. fo. xxxiij.
De satisfactōne que est tercia pars penitentie. fo. xxxv.
De penitentiis iniungendis ſm canones. fo. xxxvj.
De restitutōe ablatorū in sa/ tisfactōe. fo. xli.
Cautele ex pte ꝓfitentis ser/ uande. fo. xlj.
De cautelis seruādis ex par/ te cōfessoris. fo. xliij.
De penitētiis infirmoꝝ ꝛ de cedentiū de hac vita. fo. xlvi.
Quō sacerdos se habere ōbe at erga infirmos. fo. xlvij.
Regule quib⁹ pctā mortalia atq; venialia sunt cognoscen da. fo. xlviij.
De sacramēto extreme vncti onis. fo. l.
De sacramēto ordinis. fo. lij
De accidentib⁹ hui⁹ sacramē ti. fo. lv.
De cautel' ꝟ obſuādis. fo. lvi
De sacr̄o mr̄imonij. fo. lvi.
De spōsalib⁹ hic primo agit fo. lvij.
De diffinitōne matrimonij. folio. lviij.

Tabula

De impedimentis matrimo nij. fo.lxi.
De cautel' hui⁹ sacr̃i. fo .lxij.
De expositõne misse. fo. lxv.
De ꝑma pte misse.fo.lxvij.
De scõa pte misse.fo.lxviij.
De tercia pte misse.fo.lxix
De q̃rta pte misse.fo. lxxij.
Sequitur secunda pars ca/ nonis.fo.lxxvi.
Sequit̃ tercia pars canoĩs. fo.lxxix.
Quinta pars pr̃icipalis mis se.fo.lxxxij.
Sexta ps misse .fo .lxxxiiij.
Lautele seruãde in celebratõ ne misse.fo.lxxxv.
De dicendis horis canonicꝭ fo.lxxxvij.
De mõ dicendi horas cano/ nicas.fo.xci.
Lautele in dicẽdis horis ca/ nonicis seruande.fo.xciij.
De excõmunicatõne.fo.xcv.
De effectu excõicatõis. xcix.
De participatõne cũ excõica tis.fo.c.
De suspensionis sn̄ia. fo.ciij.
De forma ferende excõmuni cationis.fo.cv.
De ecclĩastico interdicto q̃li ter sit obseruandũ. fo.cvi.
De irregularitate.fo.cxiij.
Lautele circa ꝑdicta obs̄uã/ de.fo.cxxiij.

Ó. 11. 52



790891 Bibliotheca 20000,-
P.P. Camaldulensium in Bielany

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej
07783

M. Jac
Sacra
Bu
Pag
24. Mar

1

M. Nicolai de Plove Post
de
Sacramentis et Div. Officiis
2
Bartholomeus de Chalonis
O. M.
Confessionale
in
4. membra distributa
Venetiis 11

o-II-52